itatez su
ioribus.
ende nõ
dicēdū
supiora
t causa
ez licet
nt signa
erum.

quis
Eps.
osuluisse.
ota pro
lo osilio
umri siue
ciat ar
m siue
on. sic p
la voca
one pu
tur qui
ocat de
cum ad
dicium

Quodam loco
dixi demones aliqñ hoīm dispositiões nō
solū voce platas verū etiā cogitacōe cō
ceptas cū signa quedaz ex aīo exp̄muñt
in corpore tota facilitate p disceñ tem dixi
occul[illegible]ssima audaciori a[illegible]ercone qua de
bui. Nā puenire ista ad noticiā demonū
p nōnulla eē expimēta optū ē. Sed vtrū
signa quedaz dent̃ ex corpore cogitātū
illis sensibilia nos aūt latētia an alia vi spi
rituali ista cognoscant. q difficillie pt ab
hoīb⁹ q omnino nō pt inueniri.

Quod autez sortilegia diuini si
cessare noluerit excōmūicādi
sūt. rōne et auctoritate pbatr̃.
Est enī quoddā genus cultu
re ydoloꝝ ex demonū osultacōib⁹ futu
ra pdicere. Sicut enī auarus q cultū deo
debitū nūmo impendit ydoloꝝ cultor ab
apl̃o noīatur. sic illi qui futura que ex dei
oraculo nōnunquam reuelata inueniūt
vel demonū osultacōe uel q̃buslibet p̄sti
gijs inuenire laborāt. diuinitatis iura cre
aturis attribuūt. futura enī p̄scire solius
dei ē. qui in sui cōtēplacōne etiā angelos

[illegible]
[illegible] a maleficijs in
[illegible]tacōes paganoꝝ. faciāt
[illegible] agāt. Mulierib⁹ q̃s
ccat in suis laneficijs vanī
sed deū inuocēt adiutorē
texencī do[illegible]auit. Itē ex
h caplo. xxx. Sacris obtu[illegible]
vel incanta[illegible]

Non oportz
sacris officiis deditos
gicos vel incātatores existē
lateria q aīaꝝ suaꝝ vicula
aūt q talib⁹ rebus vtūtur pro
iussimus. Itē ex ocilio tole
pitulo. xxx. Honore priue[illegible]
gos vel auru[illegible]

Si quis
Eps aut presbr̄ q diaco
libet de ordinibus clericoꝝ ar
cātatores q ariolos q ctreaug
ulegos vel q pfitētur artē ma
eoꝝ. silia exercētes cōsuluisse
fuerit. ab honore dignitatis s
mōsterij curā excipiat. ibiqz p
tue deditus scelus admissuz s
uat. Itē ex agathēsi cōcilio.

IX. B. c 315.
45.

Sbd

~~XXVIII. 9.~~

435.
25

# DODECAS THESIUM
## De
# EXCEPTIONIBUS,

*Quam*

DEO TRIUNO FELICITER ANNUENTE,

*Magnificâ, Nobiliſsimâ, Ampliſsimâ & Conſultiſsimâ Facultate Juridica conſentiente,*

Patrocinante

*Viro Ampliſsimo, Conſultiſsimo & Excellentiſsimo*

**Dn. VALENTINO RIEMERO,**

J. U. D. & Anteceſſore celeberrimo, Facultatis Juridicæ p. t. Decano Spectatiſſimo, nec non Scabinatus, qui hic eſt loci, Adſeſſore graviſſimo, Præceptore, Favitore & Promotore ſuo omni honoris & obſervantiæ cultu ætatèm ſubmiſsè proſequendo ſuſpiciendo,

*Publicæ ac placidæ diſquiſitioni ſubjicit*

JOHANNES GEORGIUS PFAFFREUTERUS Ratisbonenſis.

*In auditorio JCtorum, horis promeridianis, Die 13. Martii.*

---

JENÆ,
*Literis WEIDNERIANIS.*
Anno 1633.

Σὺν Θεῷ!

CUm vino vendibili non opus ſit ſuſpensâ hederâ, de EXCEPTIONIBUS in uſu practico quotidianis & utiliſſimis pro ingenioli modulo acturus, absque ulteriori λογομαχίᾳ & verbis velitatione rem ipſam non commendatione ulteriori egentem, ſed ipſam ſeſe largo fœnore oſtendentem, *arg. l. 1 ff. de in integr. reſtit.* bono cum Deo, in cujus nomine omnes noſtras actiones exordiamur, *l. in nomine C. de offic. Præt. Afric.* aggredior. Momum interea, illud Homeri mihiogganientem:

> ... ... ἐχθρὸν δέ ἐμοί ἐστιν
> Αὖτις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν
> odi ego
> *Rectè dicta aliis iterum ſermone amplecti.*

vel illud Ovidii:

> *Non ideò debet pelago ſe credere, ſi qua*
> *Audeat exiguo ludere cymba lacu.*

morus ego ſi morer. Expendat Ariſtarchus quisquis ille; nemini unquam verſum eſſe vitio, qui, ſi novam & expeditiorem viam indagare non poterit, veterum non reſpexit, ſed veſtigia & ſuos etiam pedes in iis ponere maluit, quàm planè deſes ante vacunales focos deliteſcere. E ſegete politiores & terſiores illi ad Spicilegium nobis reliquêrunt ſtipulas: Nec aliis magis liberum eſſe autumo hæc proponere, quàm mihi congerere & exercitii loco proponere. Quin eſto in nomine SacroSanctæ & individuæ TRINITATIS, DEI PATRIS, FILII & SPIRITUS SANCTI

## THESIS PRIMA.

Exceptio (*a*) eſt excluſio (*b*) actionis (*c*) quæ opponitur (*d*) actioni cujusque rei,

rei, ad excludendum id, quod in intentio-
nem & condemnationem (*e*) deductum
eſt. *l. 2. ff. de Except.* (*f*)

Ἐξήγησις.

1. (*a*) Quòd Græci monuerunt, Πρὸς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν
δεῖ πρῶτον ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα: id veteres quoque JCti
diligenter obſervârunt, dum in inveſtigandis verborum du-
ctibus multi & laborioſi fuerunt ſemper, ut patet ex *§. 4. Inſt.*
*de jur. perſon. princ. J. de libert. §. 4. J. de tutel. pr. I. de teſtam.*
*pr. J. quibus re contrah. oblig. &c.* ac Mynſing. ſuccenturiatur,
verborum priorem, rerum potiorem eſſe interpretationem.
*pr. Inſt. de Except. n. 2. facit quoq; l. 1. ff. de J. & J. & l. 1. princ.*
*ff. de Orig. Jur.* Lectis illorum veſtigiis de Exceptionibus pro
2. virili acturus meritò præmitto ὀνοματολογίαν. Eſt autem
dicta Exceptio ab excipiendo, quòd Rei tela & arma ab acto-
ribus emiſſa exceptionum ſuarum vi propulſare & excipere
ſoleant. *Zang. in proœm. part. 1, de Except.* Metaph. à militibus
ducta, qui in acie tela & quemvis armorum impetum clypeis
3. ſuis excipere & averruncare dicuntur. Vel quod exceptio de
univerſo Actoris jure aliquam partem excipiat & detrahat;
quemadmodum ſi ex regula caſus nonnullos detrahimus, ex-
cipere dicimur; ita & à regula ac ratione, quâ nititur actio,
excipere dicitur caſus, de quo agitur, ut æquum non ſit, in
eo regulam obtinere, *Hug. Donell. ad rubr. C. de Except, n. 55.*
4. Alii ab eximendo vel excludendo. *Um. diſp. 8. th. 1. n. 1.* vim
potius quàm vocem concernentes; nec id novum eſſe notat
*Schneidew. Inſt. hoc tit. in princ.* ut cum *in l. 1. ff. de injur.* contu-
melia dicta à contemnendo, cum potiùs ſit à contumeo, eo
ſcilicet ſenſu, quo contemnere ſignificat. Quas poſteriores
5. notationes conjungit *Weſenb. in Par. ff. h. t. n. 2.* In nominis
notatione latet & Synonymia: (quando plura ſunt vocabu-
la & unus conceptus objectivus *Reg. diſp. Logic. lib. 2. fol. 258.*)
In jure enim noſtro Exceptio dicitur & præſcriptio, *l. 11. in*
*fin. l. Paulus 23. ff. hoc tit. l. 29. in princ. ff. de Except. rei judic. l.*
*91. ff.*

*91. ff. de ſolut.* Quamvis præſcriptiones propriè videantur
dici eæ exceptiones, quæ ob lapſum temporis competunt,
(quæ dilatoriæ ab Interpretibus vocantur.) *l. pen. & ult. C. de
Except. Weſenb. in Par. ff. h. t. n. 4.* promiſcuè tamen pro exce-
ptionibus hodiè uſurpantur, uti patet ex ſup. alleg. text. Item
præjudicium *l. 4. §. ult. ff. de cenſ. l. 5. in fin. ff. de heredit. pe-* 6.
*tit.* & confirmat *rubr. ff. de Except, præſcript. & præjud.* Intel-
liguntur tamen præjudiciorum appellatione ſpeciales quæ-
dam Exceptiones, quibus reus ita excludit agentem ut dicat
præjudicium per novum aliquod judicium, graviori princi-
pali actioni fieri *l. 13. 16. 18. & 21 ff. de Except, l. 1. ff. fam. herciſc.
Vult. l. 1. diſc. cap. 3. in princ. Weſenb. d. loc. n. 5.* Nonnunquam 7.
Exceptio & actio dicitur; Ulpiano enim auctore agere vide-
tur, qui exceptione utitur *l. 1. ff. h. t.* Subſequitur Homo- 8.
nymia, quæ errorum mater dicitur, *Ariſtot. 1. top. c. 14.* quod
πᾶν τὸ πολλαχῶς λεγόμενον ἀσαφές. Strictè enim & in ſpecie
Exceptio non cujusvis, ſed ipſo jure ſubſiſtentis actionis eſt.
*l. 2. ff. h. t.* Nulla enim propriè exceptio eſt, ubi non competit
ſummo jure actio, quæ exceptione excludi poſſit, arg. *pr. Inſt.
h. t.* ubi Imperat. aſſerit, quod defendendorum reorum gra-
tia, cum quibus agitur, exceptiones comparatæ ſint; non en-
tis autem nullæ ſunt qualitates, & privatio præſupponit habi-
tum. *arg. l. nam & 5. ff de injuſt. rupt. teſtam. l. decem 116. de V.
O. Ampliſſ. & Excellent. Dn. D. Riemer, Præſes & Præcept. meus
ætatem ſubmiſſè colendus, quæſt. Juridic. illuſtr. dec. 10 th. 1. circ.
fin. & dec. 14. th. 2.* Unde apparet Exceptiones facti ſivè inten- 9.
tionis, ut vocant, quibus oſtenditur actionem ipſo jure non
competere actori etiamſi eam de facto inſtituit, propriè exce-
ptiones non eſſe, cum aliud ſit aliquem ipſo jure liberari, aliud
per Exceptionem *l. 34. §. 1. ff. de O. & A. & l. 38. §. 1. l. 72. ff. de
ſolut.* Uſu tamen obtinuit, ut defenſiones omnis generis ex- 10.
ceptionum nomine *impropriè & ἐν πλάτει* comprehendan-
tur, ſive jus actionis ipſo jure, ſive per exceptionem tollant.
*Weſenb. in Par. ff. h. t. n. 2. Zang. part. 1. c. 3. n. 1. & c. 1. part. 3.
n. 19.* Sive eæ replicationes ſive duplicationes, ſive triplicatio-
nes ſint. *l. 2. §. 1. ff. & l. 11. C. hoc tit. Em. à* Roßbach *tit. 41. n. 21.*


*Vid.*

*Vid. quæ inf. theſ. 4. lit. A. dicta. Angel. de Ganbiglio. Aret. in rubr. J. h. t. n. 3. & 6.*

11. (*b*) Nominis notationem ſequitur rei explicatio; definitio, quæ amuſſis proprietatis & totius exactæ ac methodicæ diſputationis ceu quoddam fundamentum. *Euerhard. in Top.*
12. *loc. à definit. n.* 4. Dicitur autem Exceptio excluſio, quia omnis exceptio excluſoria eſt, idque tenendum eſſe JCtus monet in *l. 2. in princ. de Except.* Exceptio enim excludit actorem, qui in ſe & jure civili actionem juſtam habet, naturâ tamen iniquas vires, & iniqua eſt adverſus eum, cum quo agitur, *in pr. Inſt. h. tit.* ideò huic actioni reus exceptionem opponit *per l. ſi mulier. 21. §. ſi metu 5. ff. quod met. cauſa. l. ſi dolo 5. C. de reſcind. vend. l. 2. §. circa. 3. ff. de dol. mal. except.* hacque oppoſita id conſequitur, ut non magis teneatur, quàm ſi adverſus eum nulla eſſet actio, cum exceptione excludatur *d. l. 2.* & nihil ex ea conſequatur Actor, *§. temporales. verſ. alioquin Inſt.*
13. *h. t.* Intellige ſi exceptio à reo legitimè opponi poſſit: Sicut enim multa fiunt de facto, quæ non ſunt juris, nec aliquem juris habent effectum. *l. 5. C. de LL. l. nec ſervus. 41. ff. de pecul.* ac proinde habentur atque ſi omninò facta non eſſent. *vulg. l. quoties. ff. d. ſatisd. cogent. & l. ſancimus. 14. §. 1. circ. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Sic & exceptio de facto oppoſita tanti momenti non eſt, ut actionem impugnet, ut potiùs propugnet
14. & replicatione iterum elidatur. Sicut autem actorem exceptio excludit, ita & replicatio reum, quæ eſt contraria exce-
15. ptioni & quaſi exceptionis exceptio *l. antepen. §. 1. ff. h. t.* Sed & contra replicationem dari ſolet duplicatio, & contra duplicationem triplicatio, & contra hanc quadruplicatio, & ſic deinceps multiplicantur nomina, dum aut reus aut actor excipit. *l. 2. §. pen. ff. h. t. tot. tit. Inſt. de replic. l. 3. C. de except. & infra th. 11.*

16. (*c*) Actionis; ex qua perſpicitur id quod ſupra lit. A. diximus, nulli ſcil. propriè exceptionem competere, niſi præcedat actio jure civili conſtituta, qua reus teneatur: Neque hic crambem recoquere volo, cum & infra ὡς ἐν παρόδῳ ejus rei mentio incidat.

(*d*)

(*d*) Objicere exceptionem, petenti actori per exce- 17.
ptionem occurrere *l. 4. ff. de ſervit.* quâ oſtenditur ita excepti-
one elidi actionem, ſi ſc. actioni opponatur, *§. 1. & ibi Weſenb.*
*Inſt. de Except.* atque hæc oppoſitio adeò requiritur, ut ſi præ-
termiſſa ſit, exceptio nihil proſit reo ad liberationem. *d. §. 1.*
unde dicitur defenſionem exceptionis in facto rei conſiſtere,
& Judicem eam non ſupplere, de quo pluribus infra *th. 7. lit. A.*

(*e*) Explicet hîc Ulpianus, qualisnam ſit excluſio & cui 18.
fini illa adhibeatur, nimirum, ut excludat id quod in intentio-
nem & condemnationem deductum eſt. *d. l. 2. ff. h. t.* Per in- 19.
tentionem nihil aliud intenditur, quàm petitio ſive actio. *l. ſi*
*quis 66. ff. de judic. l. generaliter 12. ff. de Eccleſ.* Intendere enim
nihil aliud ſignificat, quam actionem quandam contra reum
vel adverſarium dirigere, vel contendere ab aliquo aliquid,
quod nobis præſtetur, vel aliquod jus nobis eſſe, *arg. §. 1. & §.*
*ſic itaq; 14. & §. ſi quis agens 33. J. de Act. l. in exceptionibus 19. in*
*pr ff. de probat.* Significatio tranſlata à ſagittariis, qui arcum
intendunt in rem aliquam, ut eam petant; quod facit omnis,
qui experitur judicio, dum adverſus reum intendit actionem.
Per condemnationem intelligit tam futuram, quam præteri- 20.
tam, ut & ante & poſt condemnationem opponi poſſit, ut
ſignificetur exceptionem excludere id, quod in intentionem
deductum eſt in hoc, ut reus poſtea condemnetur in id, quod
petitur, vel ut excludatur id, in quo jam reus condemnatus
eſt. *Hug. Donell. in com. ad tit. C. de Except. n. 8. & 9.* Solet e-
nim condemnationẽ in concluſione libelli Actor Judici præ-
ſcribere, & ſi conveniens, ſecundum eam judicat, ad exclu-
dendam & præcidendam occaſionem altercandi, *l. ult. C. de*
*fideicomm. libert.*

(*f*) Sunt qui dicti Ulpiani definitionem *d. l. 2.* inſuffi- 21.
cientiæ arguunt, utpote quæ peremtoriis tantum competat,
non dilatoriis, quod hæ non excludant vel interficiant actio-
nem, ſed differant & vulnerent tantum *l. 3. ff. de Except. §. tem-*
*porales. I. eod. Em. à Rosbach tit. 39. n. 1. Um. diſput. 8. th. 1. n. 3.*
*Schneid. ad princ. Inſt. h. t.* Quin autem ad dilatorias quoque 22.
aliqua ex parte pertineat, movet quod ex Pauli ſententia quæ-
dam

dam Exceptiones ſint, quæ minuunt actionem, & dilatoriæ
ſunt, ut proinde dici poſſit, excluſionem vel temporalem eſſe,
ut in dilatoriis, vel perpetuam ut in peremtoriis, idque argue-
re videntur *d. l. 2. in princ. verba, quæ opponi actioni cujusq; rei
ſolet, ad excludendum id &c.* Nam & in dilatoriis verè excludi-
tur id, quod in intentionem deductum eſt, v.g. cum ita conve-
nerit, ne intra certum tempus puta quinquennium ageretur,
& tamen nihilominùs agas, actione pacti conventi repelleris,
atque ita quod in intentionem deduxiſti, excluditur, *ſecundum
d.l.1. Magnif. Nobiliſſ. Ampliſſ. & Conſultiſſ. Dn. D. Arumæus Pro-
motor & Præceptor meus omni honoris & obſervantiæ cultu per-*
23. *petim ſubmiſſè proſequendus exercit. 19. th. 4.* Definitio ſive po-
tius deſcriptio *Pauli in l. 22. ff. eod.* eò reſpicit, quod olim exce-
ptiones per verba conditionalia concipiebantur, certis arti-
culis & formulis adhibitis, quas ex *Cujac. lib. 5. obſerv. 34.* re-
cenſet *Vult. ad princ. Inſt. h. t. n. 6.* Quòd vel à Prætore poſtu-
latam & impetratam actionem ſuſpendat, quæ conditionis
natura eſt: vel quod intentio actoris locum habeat, niſi ea ob-
jiciatur; vel niſi hoc vel illud ſit, condemnatio rei ſequatur.
24. *Vult. d. loc.* Hodie iſtis formulis & articulis opus non eſt, ſed
quibuscumque verbis in ſcriptis vel absque ſcripto viva voce
exceptiones proponuntur, quamvis Judex exceptiones ita
propoſitas in ſcripturam redigi jubere poſſit. *Zang. part. 1. c. 3.
n. 20. de Except. Weſenb. in ſupplem. ad Schneid. Inſt. eod. n. 8. &
ad tit. ff. eod. n. 9.*

## THESIS II.

Dividitur Exceptio 1. à cauſa efficiente, in Civilem & Prætoriam (*a*) 2. à fine, in perſonalem & realem (*b*) 3. ab adjuncto in temporalem & perpetuam (*c*) 4. ab effectu, in dilatoriam & peremtoriam. (*d*)

## Ἐξήγησις.

*(a)* Definitionem ſubſequitur diviſio, & quamvis infi- 1.
nitus ſit numerus Exceptionum, *teſte Ang. in rubr. Inſt. de Ex-
cept. n. 9.* & tot ferè, quot genera actionum, ſummas tamen
& principales in his conſiſtere autumo. Et prima quidem de- 2.
ſumta eſt ex §. 7. *Inſt. h. t.* Sic dictæ, quod vel ex *Jure* civili, id
eſt, ex LL. aut quæ vicem LL. obtinent, SCtis & Principum
conſtitutionibus deſcendant; quales ſunt Exceptio SCti Ma-
cedon. *tot. hoc tit. ff. & C.* SCti Vellejani *tot. illo tit.* Exceptio,
ſi non per eam rem petitioni hereditatis præjudicium fiat, cu-
jus mentio fit *in l. poſt litem 13. ff. h t. & l. ſed etſi 25. §. item ſi rem
diſtraxit. 17. de hered. petit.* item Exceptio non numeratæ pecu-
niæ *C. de non num. pecun.* Exceptio diviſionis in plures fidejuſ-
ſor. *l. ſi plures 4. ff. de fidejuſſ. l. fin. C. de conſtit. pecun.* Et inter
reos debendi, *auth. ita C. de duobus reis &c.* Vel quod ex Juris- 3.
dictione, & edicto Prætoris ſubſtantiam capiant, ob ſingula-
rem æquitatem introductæ *d. §. 7. Inſt. h. tit.* quales ſunt ex-
ceptio doli mali & metus, & pleræque aliæ his conſimiles, *§. 1.
Inſt. eod.* Eâdem ratione, quâ actionum quædam civiles ad
differentiam earum, quas Prætor ex ſua jurisdictione compa-
ratas habet, dicuntur, *§. ſed iſta 3. I. de Act.* His ita præſuppo- 4.
ſitis dicendum videtur omnem exceptionem ſtrictè & propriè
ſic dictam, eſſe Jur. Civ. non Naturalis vel Gentium. Et quam- 5.
vis exceptio ex æquitate naturali proficiſcatur *l. 1. §. 1. ff. de dol.
mal. & met. except.* & defenſionis ſpecies ſit, quæ juris natura-
lis. *l. 3. ff. de J. & J. l. nemo prohibetur. 8. ff. h. t.* ac proinde I.
N. dici poſſit. *Weſenbec. h. t. in parat. n. 8. Em. à Rosbach h. t.
n. 6.* Tamen quoad formam, quam omnes accipiunt à lege
ſola, juris Civilis dici meritò debet: Neque enim omnes exce- 6.
ptiones indiſtinctè omnibus, neque contra omnes, neque
omni ex tempore competunt. *Ang. Inſt. de Except. n. 7. in rubr.*
Et quia forma plus præſtat, quam materia, ideoque potiùs di-
cuntur Juris Civ. tanquam à quo plus participant. *arg. quæri-
tur 10. de ſtat. hom. Matth. Coler. cap. 1. part. 4. de Except. n. 49.*
Imprimis, quia dantur Exceptiones, quæ materiam quoque 7.
à jure Civili tantum habent, *ut Exceptio non numeratæ pecuniæ,*

SCti Macedon. Vellejan. præſcriptionis &c. §. 1. J. de Lit. oblig.
tot. tit. ad SCt. Vellejan. & Maced. Magnif. & Nobiliſſ. Dn. D.
Arumæus d. exerc. 19. th. 2.

8. (b) Perſonalis eſt, quæ perſonæ cohæret, nec ad alios
tranſit. l. Exceptiones quæ 7. ff. de Except. arg. l. 21. §. 1. ff. de pact.
nec alii nocent, arg. l. apud Celſum. §. de auctoris ff. de dol. mal.
& met. Except. ſed cum perſona extinguuntur. l. 13. ff. ſolut.
matrim. Qualis eſt Exceptio in quantum quis facere poteſt,
d. l. 7. in princ. l. ſunt. qui & l. ſeq. ff. de re judic. Item privilegii
revocandi domum ſuam, quæ competit Legatis, Clericis, Stu-
dioſis. l. 2. §. legatis. ff. de jud. auth. Habita. C. ne pat. pro fil. &c.
Moratoria quinquennalis, quæ à Principibus debitoribus
concedi ſolent, qui caſu fortuito citra ſuam culpam faculta-
9. tibus lapſi ſunt. l. 2. C. de prec. Imper. offer. Exceptio tamen
SCti Vellejan. & Macedon. etſi perſonalis ſit, tamen fidejuſ-
ſoribus datur. l. ſi mulier 16. §. fin. ff. ad SCtm Vellejan. l. Item
10. ſi filiusfam. §. 1 ff. ad SCtum Macedon. Realis eſt quæ rei cohæ-
ret d. l. 7. & datur adverſus ipſum actorem, ejusque heredes &
ſucceſſores. l. ſi rem. 6. ff. de Except. l. 1. & l. 2. C. eod. qualis
eſt exceptio rei judicatæ, doli mali, jurisjurandi, quod metus
11. cauſa &c. d. l. 7. § 1. ff. h. tit. Ac regulariter omnes Exce-
ptiones reales, quæ Reo competunt, fidejuſſori quoque, reo
etiam invito competunt. l. omnes 19. ff. hoc tit. §. exceptiones
4. Inſt. de replic. l. ex perſona 32. ff. de fidejuſſ. & mand l. ſi cui
pen. C. de non num. pecun. Imò & illis, quorum intereſt. l. &
heredi §. fin. de pact. l. tam mandatori 12. C. de non num. pe-
cun.

12. (c) Temporalis eſt, quæ ad tempus tantum excipienti
prodeſt, ut pacti conventi, puta ne intra quinquennium peta-
tur. l. 3. in fin. ff. h. tit. §. temporales. 10. Inſt. eod. & cæteræ ex-
ceptiones dilatoriæ, quæ actionem non in totum tollunt, ſed
13. ad tempus ſolum ſuſpendunt. Perpetua eſt, quæ ſemper lo-
cum habet, nec evitari poteſt. d. l. 3. in princ. ff h. t. quales ſunt
peremtoriæ omnes, quæ nullo tempore proſcribuntur. l. purè
5. §. ult. ff. de dol. mal. & met. except. l. ſi pactum. 6. C. h. t.

(d)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0012-9

*(d)* Dilatoria eſt quæ actionem in aliud tempus dif- 14.
fert, aut ſuſpendit. *l. 2. §. fin. ff. & d. §. temporales 10. I. de Ex-
cept.* Peremtoria, quæ actionem in totum perimit & tollit.
*d. l. 2. d. & §. perpetuæ. 9. Inſt. eod.* quæ exceptio quandoque
& perpetua dicitur, quia non ad tempus proceſſum & actio-
nem differt, ſed perpetuò agentibus obſtat, & ſemper rem, de
qua agitur, perimit *l. 3. ff. h. tit, d. §. 9. I. eod. de qua plura infra
th. 5. lit. A.* Plures exceptionum ſpecies vide *apud Weſenb.* 15.
*in ſupplem. ad Inſtit. & tit. de Except. n. 3. & 4. Oldendorp. in
Enchirid. ſuo except. quæſt. quotuplices ſunt Exceptiones per tot.
Angel. Aretin. dict. n. 9.*

## THESIS III.

Dilatoria exceptio eſt vel declinatoria judicii, quæ proceſſum judiciarium concernit, vel ſolutionis, quæ actionem ipſam in judicium deductam: Illa vel ipſum Judicem ſpectat, & iterum vel ſententiam Judicis illius in totum declinat, ut eſt recuſationis Exceptio, quæ fit vel ob incompetentiam *(a)* vel ob præventionem *(b)* vel ob ſuſpicionem: *(c)* Vel ejus ſententiam non in totum declinat, ſed tantum differt, ut eſt exceptio loci non tuti, *(d)* temporis minùs anguſti *(e)* feriarum *(f)* &c. Vel concernit partes litigantes, & vel principales, vel Actorem, *(g)* vel re-

reum *(h)* vel acceſſorias, ut Procurato-
ria (*i*)

Ἐξήγησις.

1. (*a*) Exceptio incompetentiæ fori eſt, quando quis
in eo loco vel apud eum Judicem, ubi & apud quem conveni-
ri non debet, convenitur: quæ & præſcriptio fori appellatur.
2. *l. pen. & ult. C. h. t.* Cum enim actor regulariter forum rei ſe-
quatur. *l. fin. C. ubi in rem act. l. 2. & l. 5. C. de Jurisdict. omn.
jud.* conveniendus omninò reus eſt in foro ſuo proprio &
competente: litigare enim coram incompetente eſt litigare
coram homine privato, qui jus dicendi non habet. *l. 3. ff. de
offic. Præſid. & l. 1. & 2. ff. de offic. Proconſ.* Et Judici qui ultra
Jurisdictionem ſuam jus dicete vult impunè non paretur. *l.*
3. *ult. ff. de Jurisdict.* Quod autem forum dicatur competens &
incompetens, *vid. ſis apud Em. à Rosbach tit. 3. per tot. Zang.
c. 2. part. 1. per tot. de Except. Matth. Coler. tit. 2. libr. ſecundi
decret. de foro competent. & ad c. olim de Except. n. 25. Oldendorp.
in enchir. Except. tit. de declinator. adverſus Jurisdict. Iliconem
Um. diſp. 4. Ampliſſ. & Conſultiſſ. Dn. D. Theodoricum Præcept.
& Patronum noſtrum colendiſſimum in Colleg. Crim. diſp. 10. th. 5.*
4. *lit. D.* Illud notandum, quod, ſi dubitetur, an citatus citantis
Judicis Jurisdictioni ſubſit, citatus omninò debeat compare-
re *l. 2. §. ſed etſi dubitetur, ff. de judic. l. 2. ſi quis in jus voc non ie-
rit*, ita ut ipſe Judex, cui objecta eſt Exceptio, de hac cogno-
ſcere poſſit, *per alleg. ll. Gail. lib. 1. obſ. 48. n. 11.* Neque enim floc-
cifacere authoritatem Judicis debet. *l. 5. ff. de jud.* Si verò poſt-
modum conſtiterit, ipſum de Jurisdictione citantis non eſſe,
& nihilominus jus reddere perrexerit, impunè ei non pare-
tur *d. l. ult. ff. de judic. Magnif. Nobiliſſ. & Conſultiſſ. Dn. D. A-
rum. diſp. 7. th. 4. ad l. 5. de judic. Vid. Angel. Aretin. ad §. præterea
ult. h. tit. n. 12. ibi quando Judex ſuper cauſa recuſationis cogno-*
5. *ſcere poſſit & quando non.* An autem, ſi Judex habita cognitio-
ne legitima ſupra ſua Jurisdictione, ſe incompetentem pro-
nunciet, partem victam in expenſas condemnare poſſit, quæ-
ri-

ritur? Et affirmatur per ea quæ dicit *Gail. 1. obſ. 34. n. 4 facit. l. properandum 13. §. ſin autem alterutro 6 C. de judic. vid. inf. dicta ad th. 8. lit. b. n. 9. & ſeqq.*

(*b*) Exceptio præventionis, cum quis vocatur ad Judicem ſupra illam cauſam, quæ jam coram alio Judice pendet. Puta ſi Reus unius ejusdemque rei plures habeat Judices, ſive omnes æquales ſint & concurrentem Jurisdictionem habeant, ſive unus ex his majorem habeat dignitatem & Jurisdictionem, unusquisque tamen per ſe & in ſolidum de cauſa, de qua controvertitur, cognoſcere poſſit & inferiori à ſuperiori Jurisdictio cummulativè conceſſa ſit, tunc ſi ad unum vocatus fuerit, alterius præventa dicitur Jurisdictio, *Zanger. part. 2. cap. 3. de Except.* adeò ut ſi concurrens Judex præventam poſtea acceptare vellet, contra ejus Jurisdictionem excipi poſſit, non quidem per modum incompetentiæ ſed præventionis, *Gail. lib. 1. obſ. 26. n. 6. Em. à Rosbach tit. 50. n. 14.* Nemo enim coram binis Judicibus de una eademque re litigare tenetur, ſed ubi judicium cœptum eſt, ibi & finiri debet. *l. 30. ff. de jud. Magnif. & Nobiliſſ. Dn. D. Arum. ad d. l. 30. diſp. 7. th. 9. & Ampliſſ. & Conſultiſſ. Dn. D. Theodor. cit. loc. diſp. 10. th. 5. lit. D. ibi, ſexta exceptio ratione fori præventi.* Hujusmodi eſt Camera Imperialis & Imperator, quod per modum contractus ex ordinatione Cameræ cum Cæſare concurrentem Jurisdictionem habeat, adeoque ipſum Cæſarem, quoad juſtitiæ adminiſtrationem in cauſis civilibus repræſentet: unde ſi prius Cameram quam Cæſarem adeant, jure præventionis ibidem cauſa decerni & agitari debet. *Gail. lit. obſ. n. 3.* modò non de majoribus feudis, puta de Ducatu & Comitatu controverſia ſit, ubi ſolus Imperator cognoſcet. *Ordin. Cam. part. 2. tit. 7. §.* Ob auch Sachen vorfielen. *Schönborn. lib. 5. polit. c. 14. Gail. 1. obſ. 1. n. 31.* Ut autem alicujus Jurisdictio præventa dicatur, neceſſe eſt ut Reus legitimè ſit citatus: Illegitima enim & invalida citatio, in qua vel nomen Judicis, vel citandi, vel ejus ad cujus inſtantiam quis citatur, vel cauſa, ob quam citatur, vel locus judicii, vel tempus opportunum non exprimuntur, nullum producit ef-

Margin numbers: 1. 2. 3. 4. 6.

effectum. *vid. Gail. 1. obſ. 48. & ſeqq.* niſi citatus illegitimè, nihilominus compareat, tunc enim per hanc ipſam comparitionẽ cõſolidatur illegitima citatio. *Mynſ. cent. 2. obſ. 18. & cent.*
8. *3. obſ. 90. & cent. 4 obſ 54.* 2. requiritur, ut ſint æquales, vel ſi unus ſuperior, alter inferior, hic cumulativè conceſſam habeat Jurisdictionem *per ſup. dict n. 2.* non privativè. *vid. Zang. c. 3 part. 2. n. 12.* 3. requiritur, ne reus in judicio, in quo cœpit agere, ipſe contumax exiſtat, quo caſu me in alieno judicio agentem exceptione præventionis non repellet. *Gail. d. obſ. n. 8.* Nemini enim contumaciâ ſua prodeſſe debet, *arg. l. non fraudan-*
9. *tur. 140. ff. de R. J. Zang. cit. c. n. 18.* Ad hanc ſpeciem exceptionis referri poteſt & Exceptio continentiæ cauſæ, cum ſc. Rei omnes tales ſunt, qui diverſis Jurisdictionibus ſubjacent, benè tamen poſſunt propter eandem & indiviſibilem cauſam coram uno eodemque Judice ipſorum omnium mediato ſuperiori conveniri, cujus ætiologia eſt, ne cauſa dividatur, ſed ſub eod. Judice ventiletur. *l. 3. & 10. C. judic. & tot. tit. de quib. reb.*
10. *ad eund. Jud. eat. Vid. Dn. D. Ungepauer. exercit. 16. quæſt. 1. And. Gail. 1. obſ. 32. n. 11. Mynſ. cent. 1. obſ 4.* qui caſum refert in Camera deciſum, ubi erant plusquam ſexaginta Rei & diverſarum quid. Jurisdictionum; horum autem omnium mediatus ſuperior fuit Imperator, ac quia erat eadem quoad omnes ratio & cauſa, meritò omnes & ſinguli ad ſupremum imperii tribunal citati fuêre, illorumque declinatoriis non attentis litis conteſtatio injuncta eſt, ne ſcil. continentia cauſæ dividere-
11. tur. *Mynſ. ibid.* Et cauſæ tales continentes, quæ communem judicationis rationẽ habent, cur non dividi debeant, declarat. *Em. à Rosb. tit. 3. n. 35. & ſeqq. Gail. d. obſ. 32. n 3. & ſeqq.* Huc
12. quoque ſpectat Exceptio ordinis incompetentis, qua declinamus cognitionem ſuperioris Judicis apud inferiorem nondum diſcuſſam, neque enim ſtatim ſupremum adire Judicem licet, ſed demum per appellationem ad ipſum pervenitur, *l. 21. ff. de appell.* Quod ſi igitur Actor contra facere voluerit, hac exceptione removeri poterit. *Ilic. Ulm. d. diſp. 8 th. 2. n. 7. circa fin.*

(c) Exceptio recuſationis cauſâ ſuſpicionis eſt, qua Ju- 1.
dicem nobis ſuſpectum repellimus. *l. apertiſſimi 16. C. de jud.*
*c. 4. & 10. extr. de for. compet.* Ut enim aliquis coram ſuſpecto
Judice litigare cogatur rationi & æquitati repugnat; cum pe-
riculoſum ſit coram tali judice litigare. *c. cum inter priorem ext.*
*h. t.* Variæ autem cauſæ ſunt, propter quam quis ut ſuſpectus 2.
removeri poteſt, puta inimicitiæ, cognatio, affinitas, familia-
ritas & ſimiles. *Em à* Roßbach *tit. 4. de judic. n. 58. & ſeqq.* &
generaliter notandũ, quod omnes cauſę quę ſuſpectum teſtem
reddunt; (*quas recenſet Weſ. in Par. ff. de teſt. n. 7.*) multô magis
Judicem ſuſpectum reddere poſſunt. *Gilhauſ. c. 5. Ramuſc. 10. de*
*Except. n. 3 circ. fin. Matth. Color. ad c. 1. de except. n. 10.* Et
tales cauſas, propter quas quis ut ſuſpectus removeri poteſt,
planiſſimè excultas *vide apud Robert. Marant. in ſpec. ſuo aureo*
*part. 6. n. 27. usq; ad n. 24. Um. Diſp. 1. theſ. 9. n 54.* Sed an 3.
quovis etiam ordinario Judice hæc exceptio habeat locum
non immeritò dubitatur. De jure Civili expeditum eſſe vi-
detur Judicem tantum delegatum recuſari poſſe *d. l. 16. & l.*
*ult. C. de judic.* Ordinario verò, ſi ſubſit aliqua ſuſpicio, alium
potius eſſe adjungendum, *text. in auth. ſi vero contigerit C. de*
*jud. Nov. 86. c. 2.* De jure vero Canon. omnes tàm ordinarii,
quàm delegati rectè recuſantur ut ſuſpecti *c. ſi quis contra Cle-*
*ricum de for. compet. & c. 61. extr. de appell. c. ſuſpicionis 39. de*
*offic. deleg. Gail. 1. obſ. 33. in princ. Marant. in ſpec. ſuo aur. part. 4.*
*diſt. 5. n. 42. Mynſ. cent. 2. obſ. 52.* Quamvis ſi *l. 16. C. de jud.* 4.
firmioribus oculis inſpecturi ſimus, dicendum videatur, quod
& Jure Civili ordinarius ut ſuſpectus removeri poterit, argu-
mento à genere diſtributivè ſumto: Etenim ſi omnes lites ſine
ſuſpicione procedere debent, *per text. expreſſ. in d. l. 16.* ſequi-
tur, quod & hæc lis quæ coram ordinario ſuſcipitur Judice,
ſine ſuſpicione procedere debeat. Deinde in *l. 9. ff. de liberal.* 5.
*cauſ.* dicitur Judicem in ea cauſa (*quem ordinarium eſſe con-*
*ſtat, l. 2. C. de Pedan. Jud.*) ob juſtam cauſam recuſari. *Cujac.*
*l. 9. obſ. 23. in fin.* maximè cum ut vulgari jactatur verbi verbio:
*Favor in judice plus valeat, quam lex in Codice.* Ad *Nov. 86. c. 2.* 6.
*Reſpondet. Ilic. Um. diſp. 1. th. 9. n. 52.* illas hoc non velle, quaſi
cla-

clariſſimo Judici præciſè Archiepiſcopus adjungi debeat; ſed
tantùm in gratiam litigantium cavere, ut ipſi alius adjunga-
tur, ne cogantur ob ſuſpicionem Judicis à patrio Judice rece-
dere & alium quærere *d. auth. in fin. & c. 2. in fin.* Ut conſilium
potiùs quam neceſſitas proponatur. *Oldendorp. in Enchirid.*
*except. tit. 7.* Et prædictam electionem ei manifeſtô attribuit
*Nov. 53. c. illud 3. verſ. ſancimus, in verb.* ſive repudiare voluerit,
ſive cum eo alium Judicem petere. *Magnif. Nobiliſſimus & Con-*
*ſultiſſ. Dn. D. Arumæus, accuratiſſimè, ut omnia, diſp. 7. th. 10. ad*
7. *l. apertiſſimi 16. C. de jud.* An autem totum collegium recuſari
poſſit? dubitatur. *Vid. And. Gail. 1. obſ. 33. n. 2. & imprimis*
8. *Um. d. Diſp. 1. th. 9. n. 52.* De Delegato Principis quæritur,
an removeri vel recuſari poſſit, ut ſuſpectus, ſi Princeps ei tan-
quam notoriè ſuſpecto ſub clauſula (*recuſatione ſemota*) com-
9. mittat cauſam. Et conſtat quidem Principem hoc facere
poſſe. Nam ſi poteſt committere cauſam remota appellatio-
ne *l. 1. §. fin. ff. à quib. appell. non licet*, multô magis obtinet in
recuſatione à majori ad minùs: Nam ademta recuſatione
10. ſupereſt remedium appellationis. Itáque illa clauſula Impe-
ratoris ſtrictè eſt accipienda, nimirum de frivolis & levibus,
non etiam de gravibus & legitimis recuſationis cauſis, *Gail.*
*1. obſ. 33. n. 5. Schneid. ad tit. J. de Except. 2. Zanger. part. 2. cap.*
11. *4. n. 13. & 14.* Etenim reſcripta Principum ita intelligenda
ſunt, ne uni proſint & alteri noceant. *arg. l. ex facto 43. ff. de*
12. *Vulg. & pupill. l. nec avus 4. C. de emancip. liber.* Et probatur
hoc per clarum textum in *c. ex parte. 13. in princ. extra de offic.*
*deleg.* ubi habetur quod non obſtante forma in literis Pontifi-
ciis præſcripta, delegatus debeat rationabiles exceptiones ad-
13. mittere. *Mynſing. Cent. 3. obſ. 63.* eo ipſo tollere defenſionem
aſſerit, quæ tamen eſt juris naturæ. *arg. l. 3. ff. de J. & J.* hoc
præſuppoſito nec reſcriptum Principis, utpote quod contra jus
naturale, valebit. *arg. l. jus agnationis ff. de pact. l. jura ſanguinis*
14. *ff. de R. J.* Nec reſcriptum contra jus civile cum alterius gra-
vi læſione valet. *l. 2. l. reſcript. C. de prec. Imperat. offer. Olden-*
*dorp. in Enchir. Except. tit. Except. contra reſcriptum.* Genera-
liter enim ſtatuentium ac legiſlatorum imperium ad perfi-
ciendum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0018-3

ciendum non ad nocendum dirigendum eſt. *Magnif. & Nobil.*
*Dn. D. Arumæus D. exercit. 19. th. 3.* Et ſatis abſurdum videre- 15.
tur ſi Actore armato impugnante, Reo defenſionis copia de-
negaretur, quia ſic multoties condemnaretur abſolvendus.
*text. in c. cum inter priorem. 5. circ. med. extra h. t. facit. l. fin. C.*
*ſi contra jus vel utilit. publ. Vide ſis Magnif. Ampliſſ. & Conſult.*
*Dn. D. Ortolph. Foman. Sen. Promotorem, Patron. & Præcep. meum*
*æterno obſervantiæ & honoris cultu mihi nunquam non proſequen-*
*dum, in prælect. ſuis public. ad c. 9. de Sent. & re jud. quæſt. 1. An-*
*gel. Aretin. ad § præterea Inſt. h. t. n. 9. & ſeqq.* Proponenda 16.
eſt autem recuſationis Exceptio in ſcriptis ſive libello. *d. l. 16.*
*& l. ult. C. de jud.* & 1. quidē coram judice recuſato *c. ſecundo re-*
*quiris 41. §. tertiò poſtulas de appell. l. 2. ff. ſi quis in jus voc. non*
*ierit*, aut ſi is abeſt, coram judice loci ubi recuſans eſt, *l. ult. C.*
*de jud.* deinde coram arbitris intra triduum à litigantibus, vel
iis diſcrepantibus à Judice electis *d. l. 16. & l. ult. c. 61. extra de*
*appell.* qui arbitri ſi cauſas ſufficientes pronuncient, tunc res
ad alium ſive delegatum ſive ſuperiorem Judicem devolvitur
*d. c. 41. de appellat.* Vel ſi cauſa ſuſpicionis non fuerit proba-
ta, ad Judicem recuſatum cauſa remittitur, *d. l. 16. & l. ult.*
*C. de judic.* Nota hic diſcrepantiam eſſe inter Jus Canon. & 17.
civile: J. Civ. cauſa ſuſpicionis non exprimitur, ſed ſufficit
in genere allegationem ſuſpicionis proponere, dum modo
recuſans juramentum de calumnia præſtet, quod calumnioſè
non recuſet. *Gail. d. obſ. 33. n. 15.* Canoniſtæ vero cauſam
in libello recuſatorio exprimendam & coram arbitris ele-
ctis probandam contendunt. *p. d. c. 41. & 61. de appellat. Ma-*
*gnif. Dnus. Ordinarius D. Ortolph. Foman, Senior. in præfatis*
*ſuis prælect. publ. ad c. 8. d. t. de ſent. & re jud. quæſt. 4.* Sed in 18.
hac utriusque juris diverſitate ſpectandum, quid conſuetu-
dine receptum: Si de conſuetudine non appareat exiſti-
mo in terris imperii & foro ſeculari jus civile, in foro vero Ec-
cleſiaſtico & terris Eccleſiæ ſubjectis jus Canon. ſervandum.
*Gail. d. obſ. n. 16. Schneidw. ad princ. Inſtitut. de nupt. n. 10. Ma-*
*gnif. Dn. Ordinarius in hac Salana in cit. prælect. publ. ad c. 1. d. t.*

19. *quæſt. 15.* Sunt & aliæ Exceptiones recuſatoriæ, quibus ad-
verſus Judices reus uti ſolet, puta quia vel naturâ, vel Legibus,
vel moribus Judices eſſe prohibentur. *l. cùm prætor 12. §. non*
*autem 2. l. cum furioſus. 39. ff. de judic. Zanger. de Except. d. c. n.*
20. *43. Gilhauſ. de arb. jurid. cap. 5. Um. 10. de Except. n. 4.* Sed
cum hi ipſo jure Judices eſſe nequeant, adeò ut ſi de facto co-
gnoſcant, judicium nullum ſit, ſequitur Exceptiones has ma-
21. gis facti eſſe, quàm juris, ac proinde in hanc claſſem vix revo-
cari. *Um. d. diſput. 8. th. 2. n. 10.* De Exceptionibus declina-
toriis fori notanda eſt regula; quod Exceptiones quæ Judici
22. opponuntur primo loco, ante omnes alias opponi debeant.
His enim omiſſis in Judicem conſenſiſſe videtur, nec dabitur
regreſſus ad iſtas *arg. l. 52. in princ. de jud. & l. 4. C. de in jus voc.*
*Myns. cent. 4. obſ. 27. Robert. Marant. in ſpec. aur. part. 6. num. 8.*
*Gilhauſ. cit. loc. n. 14. Magnif. Dn. Ordinarius in hac Salana in*
*cit. prælect. publ. ad c. 21. tit. de ſent. & re jud. quæſt. 2. Magnif.*
*& Nobiliſſ. Dn. D. Arum. d. diſp. 7. th. 11. ad l. 52. de jud. Matth.*
*Coler. ad c. olim. de Except. n. 32. Zanger. part. 3. c. 23. n. 16. de*
*Except.* Hinc reus exceptiones ſuas proponens ante litis con-
teſtationem præmittere ſolet, ſe coram Judice, à quo citatus
23. eſt, comparere & non niſi quatenus & in quantum de jure te-
neatur, in ipſum conſentire, *Gail. lib. 1. obſ. 48. n. 24.* Fallit
tamen ſupradicta regula 1. Si ſuſpicionis cauſa demum poſt
litis conteſtationem ſupervenerit, *c. paſtoralis 4. de Except.* quia
quæ de novo emergunt, novo opus habent remedio *l. de ætate*
*11. §. ex cauſa. 8. ff. de interrogat. act.* Scilicet, quando ex facto
24. adverſarii ſupervenit, ſecus ſi ex facto ipſius opponentis ſine
facto adverſarii. *Robert. Marant. cit. loc. n. 9.* 2. Si extite-
rit quidem cauſa ſuſpicionis ante litem conteſtatam, ſed pars
eam ignorabat, tunc valet recuſatio etiam poſt litem conte-
ſtatam; juſta enim ignorantia excuſat, *text. in l. qui in alterius*
*42. ff. de R. J. & d. l. 11. §. 10. ff. de interrogat. act. Gail. d. obſ.*
*33. n. 11.* Si modò illam ignorantiam juramento probare
25. poſſit, *d. c. paſtor. 4. in fin. Magnif. Ordinarius cit. quæſt. 2. Dam-*
*houd. in prax. rerum civil. cap. 125. n. 16.* 3. Procedit regula,
niſi

niſi ſit exceptio dilatoria quæ reddit proceſſum retro nullum, quia tunc opponi debet etiam poſt litem conteſtatam. *l. licet 24. de procur. Marant. cit. loc. n. 10. Oldendorp. in Enchir. ſuo Ex-* 26.
*cept. tit. 7.* Effectus recuſationis eſt, quod recuſatione propoſita Judex in cauſa ulteriùs progredi nequeat, ſed Judicis officium ſuſpendatur *d. c. ſecundo 41. §. tertiò poſtul. de appellat.* Et ſi ea exceptione non obſtante procedat in cauſa, proceſſus ipſo jure nullus eſt ob Jurisdictionem ſuſpenſam *Matth. Coler. in tract. de proceſſ. execut. part. 4. c. 1. n. 52. Em. à* Roßbach *tit. 40. n. 28. Marant. part. 4. diſt. 7. n. 16. n. 4. Um. diſp. 1. theſ. 10. n. 60. Damboud. cit. loc. n. 20.*

1.

(*d*) Locus enim judicii tutus eſſe debet litigatoribus, ut & eorum Advocatis, Procuratoribus & teſtibus, ne per indirectum priventur defenſione; & tutus eſſe debet tam ab inſidiis quàm à contagio aliquo vehementiori, *argum. l. 7. ff. ad SCtum Trebell. l. metus 3. ff. ex quibus cauſis major. c. ex parte* 2.
*47. de appell. c. accedens 4. ut lit. non conteſt.* Quod verum non tantum, quando quid tale timet in loco ipſius judicii, ſed etiam in locis, per quæ neceſſariò tranſire reus cogitur,
*d. c. accedens. 4. verſ. nec niſi per diſtrictum. ut lit. non conteſt.* 3.
Huic autem Exceptioni obſtare poteſt data reis vel accuſatis ſecuritas vel ſalvus conductus ad eorum petitionem pro averſione carceris aut alterius offenſionis, dummodo cautionem
præſtent judicio ſiſti: *Dan. Moll. lib. 2. ſemeſtr. c. 1. & 2. Matt.* 4.
*Coler. deciſ. 165. num. 6.* Cujus formula plerumque talis: Es wird jhm auff vorhergehende Caution daß er des Rechtens jederzeit zuerwarten / dulden / vnd leiden wolle / was Jhme für Recht zuerkandt / ein frey ſicher Geleit zur Recht vnd vor vnrechter Gewalt / ſo lang / bis was Peinlich wieder Jhm erkandt / billich mitgetheilet / jedoch daß Er ſich gleidtlich verhalte. *Zang. part. 2. c. 5. de Except. n. 10.* Et data hæc ſecuritas non tantum de accedendo ſecurè ad locũ judicii (cæteris tamen paribus.) ſed & de ſecurè recedendo in-

intelligi debet *Matth.Coler.in d. tract. de proceſſ. execut. part. 4.*
6. *cap.1.n.220. & ſeqq.* An autem Judex, qui conceſſit ſecuritatẽ,
eam etiam in alterius territorio ſervare debeat, incidenter
quæritur? *Vide Magnific. Nobiliſſ. & Conſult. Dn. D. Arumæum*
*in diſcurſ. ſuis Academ. ad Auream Bullam Carol. IV. Imperat. diſ-*
7. *curſ.1.th.19. Matth.Coler.cit.tract.n.23.* Et licet hæc Exceptio di-
latoria ſit ac proinde ante litis conteſtationem proponenda,
per naturam Except. dilatoriarum, tamen & poſt eam in qua-
libet judicii parte eâ uti reus non prohibetur, cùm ſit gravamẽ
ſucceſſivum, *Zang.cit.5.n.3. Matth. Coler. ad c.2. & c. dilecti, n.*
8. *28. de Except.* Huc pertinet Exceptio loci non honeſti, cui ta-
men rarò locum eſſe notat *Oldendorp. in Enchir. Except. pag.*
*(mihi) 48.* cum non veriſimile ſit, Judicem tanquam virum bo-
num quenquam ad locum inhoneſtum citare. *Um.d.diſp.8.th.*
*2.n.12.*

1. (e) Puta ſi nimis brevis terminus præfixus eſt ad reſpon-
dendum libello, ut rectè ſecum accuſatus deliberare nequeat,
utrum cedere an contendere velit. *l.1 ff. de edendo, c.1. extra de*
*dilat.* Hac itaque oppoſitâ quin ulterius ſpatium deliberandi
dandum ſit, dubiò caret, *d.c.1. & auth. offeratur. C. de litis con-*
2. *teſtat.* Et quamvis jure pandectarum ſufficiat, ſi citatio inter-
vallum 10. dierum in cauſis civilibus *l. peremtorium 68. & ſeqq.*
*de jud.c.* In cauſis criminalibus 13. dierum, *l. inter 10. ff. de publ.*
*jud.* Jure verò noviſſimo 30. dierum contineat. *auth. qui ſemel*
3. *C. quomodo & quando jud. Nov.112.c.3.* Hodiè tamen hi termini
arbitrio Judicis moderantur, qui eos conſideratâ qualitate
perſonarum, vel cauſæ, itemque locorum diſtantia abbrevia-
re vel dilatare ſolet. *Zang. cit. part. 2. c. 6. n. 6. Em. à Roſb. tit.*
4. *22. n. 13. Gail. 1. obſ. 53. n. 21.* In terris Saxonicis terminus juridi-
cè procedendi eſt 6. Septimanarum & 3. dierum. Et citatus
tribus vicibus, ſi in ultimo non compareat & ſe defendat, con-
demnatur, biß Ehehafften vñ behelffliche Widerrede. Landrecht.
*lib.3.art.5. & lib.1.art.70. Chilian.* König *in proceſſ. c.27.n.2.* Ac
ex communi conſvetudine introductum, ut unum peremto-
rium continens 6. ſeptimanarum & 3. dierum ſpacium in pro-
poſito ſufficiat. *facit l. conſentaneum. 8. C. quomodo & quando*
*Ju-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0022-5

*Judex. Hartman. Piſtor. part. 1. reſponſ. 3. n. 9. & poſt eum Matth. Coler. in tract. de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. num. 18. & ſeqq. Chilian. König cit. loc. n. 2. verſ.* die andere *citation. Weſenb. lib. 1. obſ. 53. num. 22.*

(*f*) Nam ad diem feriatum reus non tenetur compare- 1.
re, nec valet citatio ſecundum Interpretes Juris Civilis. *l. 2. ff. ſi quis in jus voc. non ier. & l fin. C. de fer.* Quanquam Canoniſtæ 2.
hujusmodi citationem ad diem feriatum factam valere velint, quod procedatur demum die ſequenti non feriata. *c. 2. de fer. c. cum dilecti de dol. & contum. Gail. 1. obſ. 53. n. 2.* Cauti tamen 3.
Judices ad præcavendas omnes diſputationes conſveverunt in citatione clauſulam adjicere: Compareat die tali, quod ſi illa non ſit Juridica, compareat die ſequenti. *Gail. cit. obſ. n. 2. Matth. Coler. d. c. 2. & c. dilecti, n. 31.* Dicuntur autem feriæ il- 4.
lud tempus, quo forenſibus negotiis & jure dicendo Magiſtratus vacare ſolent. *l pridie. 5. & t. tit. ff de fer.* quarum aliæ ſunt 5.
ſolemnes ad Dei honorem & ſanctorum reverentiam introductæ. *l. 2. 3. & ſeqq. & l. ult. C. de fer. c. fin. extr. eod.* Aliæ ho- 6.
norariæ quæ indicuntur ob honorem civitatum inſignium, puta Romæ & Conſtantinopolis, vel in honorem Principis vel Auguſtæ denunciantur. *l. 7. verſ. Noſtris etiam C. eod.* Aliæ re- 7.
pentinæ; aliæ indictæ in ſpecie ſive ruſticæ, quæ propter rem ruſticam vel publicam utilitatem conceduntur, videlicet pro meſſibus vel vindemiis colligendis. *l. 2. C. eod. l. omnes. 7. C. de fer.* quæ etiam quandoque ſolemnes vocantur. *l. 1. ff. eod. Durand. in ſpec. jur. lib. 2. partic. 1. de fer. quæſt. 1. n. 4.* Nota tamen 8.
citatum ad diem feriatum exceptionem feriarum opponere poſſe, niſi cauſæ tales ſint, quæ & tempore feriarum in honorem Dei expediri poſſunt, & vel neceſſitas urgeat vel pietas ſvadeat. Neceſſitas urget ſi res ſit tempore vel morte peritura. *c. fin.* 9.
*extr. de jud. l. 1. § fin. cum l. ſeq. ff. de fer.* ubi enim periculum in mora eſt, ibi receditur à regulis juris communis. *l. de pupillo. §. 12. ff. de nov. oper. nunc.* aut cauſæ celeritatem requirant. *l. 1. ff. de damn. infect.* Pietas ſvadet, ſi ſit cauſa debilium vel miſerabi- 10.
lium perſonarum, quia in operibus miſericordiæ dierum non habenda ratio *Gail. d. obſ. 53. n. 13. Durand. cit. loc. quæſt. 2. n. 1.*

*Zang. cit. c. 7. n. 10. Em. à Roſb. tit. 38. n. 10. 11. & ſeqq.*

1. (*g*) Ex actoris perſona oritur 1. Exceptio contumaciæ: Nam ſi actor in termino citationis non comparear, ſed contumax exiſtat, reus de ipſius contumacia excipere poteſt, ac petere, ut non ſolùm terminus pro circumducto habeatur, & ita ab inſtantia abſolvatur, ſed etiam Actor ad viatica, litisque ſumtos reddendos Reo condemnetur, *l. eum quem 79. in princ. ff. de jud.* Chilian. **König** *de proceſſ. jud. cap. 36. n. 1. Matth. Coler.*
2. *deciſ. 104. n. 2. & ſeqq.* Et ita in Camera quoque receptum teſtatur *Gail. 1. obſ. 59. n. 2. & ordinat. Cam. part. 3. tit. 42.* **von des nicht erſcheinenden Kriegers Vngehorſam in erſter Inſtantz.**
3. *Mynſ. cent. 4. obſ. 65. & cent. 5. obſ. 87.* Et licet Actor in termino citationis compareat, poſtea tamen in litis conteſtatione contumax ſit & litem morari patiatur, non dubitatur, quin reus æquè atque priori caſu hanc Exceptionem opponere & petere poſſit, aut ut cum refuſione expenſarum à citatione vel inſtantia abſolvatur: *per d. Ordin. part. 3. tit. 43. §. 100.* **Wo aber der Kläger.** *Gail. d. obſ. n. 4. Zang. part. 2. c. 9. n. 5.* aut in contumaciam Actoris litem negativè conteſtari poteſt, & petere ut in cauſa principali procedatur, obſervata tamen *auth. qui ſemel C. quomod. & quando Judex, & Novell. 112. c. 3.* Chilian. **König** *cit. c. 36. n. 3. ibi*, **aber hierauff iſt zu mercken** *Mynſing. cent. 4.*
4. *obſ. 67.* Ac in tali contumacia rei petitioni locum præbendo Judex reſpondet & pronunciat, & eund. ab obſervatione judicii abſolvit, & Actorem contumacem in expenſas, quæ conſveto more circa lites expenduntur, condemnat, ſi ſcil. Judici de cauſæ meritis non liquet, *l. 13. §. 2. C. de judic. l. 73. §. 2. ff. eod.*
5. Vel ſi cauſæ merita ipſi ſint perſpecta, ſecundum eum, qui juſtam cauſam foverit, ſive actor ſit ſive reus, pronunciat, ita ut Actori deinceps omnis via ulterius agendi intercludatur, non tantum ſi ſuccubuerit, ſed etiam ſi victor extiterit, & aliqua parte ſe gravatum putaverit *d. l. 13. §. 2. verſ. ſin autem C. de jud.*
6. Nec reus victus condemnatur Actori contumaci victori in expenſas, hoc enim Actori & meliorem cauſam habenti propter ſolam contumaciam imponitur. *d. l. 13. verſ. quia hanc.*
7. *Mynſ. cent. 4. obſ. 67.* 2. Exceptio cautionis, quod videl. Actor nō poſ-

poſſideat immobilia in loco judicii vel motæ litis, aut ſaltem
in provinciis vel territorio illius Principis, cui locus judicii
ſubjectus eſt. *Gilhauſ. cit. c. 6. n. 74.* Hodiè enim ita obſervatur, 8.
ſiquidem agens vult reum compelli ad reſpondendum actio-
ni adverſus ipſum inſtitutæ tenetur ante omnia cavere de re-
fundendis expenſis & intereſſe litis in caſu ſuccumbentiæ.
*auth. generaliter. C. de Epiſcop. & Cler. l. ſciendum 15. cui ſatisd.*
*cogantur.* De Jure Saxonico quid moris, *vide* Landr. *lib. 2. art.*
*5. in princ.* Et præſtatur hæc cautio ſive ſatisdatio oblatis ido- 9.
neis fidejuſſoribus. *d. l. ſciendum.* vel datis pignoribus, vel me-
diante juramento cautione juratoria. 3. Exceptio legitima- 10.
tionis, quod legitimam coram judicio ſtandi perſonam non
habeat Actor. Ante omnia enim perſonæ in judiciariis actibus 11.
legitimari debent, ne majori cum turpitudine à limine judi-
cii, reo ſcil. defectum perſonæ opponente, repellatur, juxta
illud: *Turpius ejicitur quàm non admittitur hoſpes.*
*Ampliſſ. & Conſultiſſ. Dn. D. Theodor. in colleg. crim. diſp. 4 theſ.*
*2. lit.* C. Ut primò quando pupillus experitur abſque conſenſu 12.
tutoris vel minor abſque authoritate ſui curatoris. *l. 1. & 2. C.*
*qui legit. perſon. ſtand. l. 1. §. initium. 3 ff. de poſtul. l. clarum. C. de*
*author. præſtand. & l. cum & minores C. ſi adverſ. rem judicat.* 13.
Allegat tamen *Em. à Rosbach* caſus quosdam, in quibus minor
agere poteſt etiam ſine tutoris autoritate. *tit. 40. n. 30. And.*
*Gail. 2. obſ. 108. in princ.* 2. Filiusfam. in ſacris paternis con- 14.
ſtitutus abſque Patris conſenſu agere non poteſt. *l. fin. §. neceſ-*
*ſitate C. de bon. quæ liber.* Scil. in iis cauſis & bonis, in quibus
Patri uſusfructus & jurium exercitium quæritur & competit.
*l. filiusfam. 9. ff de O. & A.* Secus in aliis, in quibus Patri nihil
quæritur, puta ſi lis ſit de bonis caſtrenſibus vel quaſi. 3. Sur- 15.
dus, mutus, prodigus. *l. 1. §. initium. 3. verſ. propter caſum ff. de*
*poſt. tot. tit. C. qui legit. perſon. ſtand.* 4. Mulier in terris Saxo- 16.
nicis neque pro ſe neque alio rectè agit, ſed ſolet ei tutor vel
curator ad litem, ein kriegiſcher Vormund / à Judice dari &
conſtitui. Landrecht. *art. 44. & 46. lib. 1. Chilian.* König *in pro-*
*ceſſ. judic. cap. 2. Matth. Coler. deciſ. 67. n. 17. & ſeqq. Dan. Mol-*
*ler. ad conſtit. Elect. part. 2. c. 15. n. 8.* 5. Publicè excommunica- 17.
ti

ti eccleſiaſticè vel civiliter, quos bannitos vocant: indigni
enim illi, qui ſacroſanctam juſtitiæ officinam ingredi debeant
*c. 2. c. cum inter. 5. c. exceptionem de Except.* cum enim banni-
tus non amplius ſit civis Romanus, ſed hoſtis imperii, nullis
actionibut, quæ juris Romani ſunt, experitur. *l. ſi quis reus. 5.*
18. *ff. de publ. jud. And. Gail. 2. de pac. publ. cap. 12. n. 12.* Et ſi quæ ſi-
miles perſonæ ſunt, quibus hæc Exceptio opponitur. *Chilian.*
König *cap. 44. n. 7. Matth. Coler. ad c. olim. §. 14. de Except. An-
gel. ad §. præterea ult. I. h. t. n. 20. & ſeqq.* Quomodo autem
iſtæ perſonæ legitimentur, vide apud *Marant, part. 6. num. 56.
& ſeqq.*

1. *(b)* Ex perſona rei oritur Exceptio non impetratæ ve-
niæ ex edicto Prætoris de in jus vocando, qua dicit reus ſe non
poſſe in jus niſi veniâ impetratâ vocari, *tot. tit. ff. & C. de in jus*
2. *voc.* Dantur enim perſonæ,, quæ vel in totum, vel tantum quæ
3. ſine venia in jus vocari prohibentur. In totum prohibentur
Magiſtratus, qui imperium habent, Pontifex dum ſacra facit,
Judex dum cauſam cognoſcit, qui apud eum agit & ſimiles.
4. *l. 2. ff. de in jus voc. Weſenb. in par. ff. de in jus voc. n. 5. & ſeqq.* Si-
ne venia in jus vocari prohibentur Parentes, Patroni, & horũ
liberi, ac generaliter, quibus reverentia præſtanda eſt. *l. 4. &
5. aliquot ſeqq. l. 13. ff. eod.* Et quamvis nonnulli ſint, qui ea quæ
de impetratione veniæ hactenus dicta ſunt, olim tantum ob-
6. tinuiſſe aſſerunt: Attamen quamvis ceſſet hodie violenta illa
in jus vocandi ratio, quâ etiam invitos obtorto collo rapi per-
miſſum erat, propter quam introductam veniæ illius petitio-
nem exiſtimant, tamen obtinet alia ratio, ne videlicet ejus-
modi perſonæ famoſis actionibus temerè pulſarentur *l. 10. §. 12
l. 11. ff. de in jus voc. quam & Weſenbec. intendit cit. tit. n. 12. cir.*
7. *med.* Cum & Juſtin. tempore illa violenta citatio obliterata
videatur, & nulla fiat mentio in illo titulo toto de iſta violenta
manuũ injectione, nec tamẽ ob eam cauſam emanavit edictũ
Prætoris de in jus vocando ſine venia Parentibus, ſed viguit
8. *Andr. Fachin. lib. 10. controverſ. jur. cap. 87.* 2. Exceptio revo-
candi domum, quæ competit legatis & aliis perſonis, *h. l. 2. §. 3.
ff. de jud.* enumeratis, quibus addo Studioſos *arg. auth. Habita.*

C.

*C. ne fil. pro patr. Vid. Um. diſp. 8. th. 3. n. 17. & diſp. 4. Magnif. Nobiliſſ. & Conſultiſſ. Dn. D. Arumæum diſp. 7. theſ. 5. ad l. 8. ff. de judic.* 3. Exceptio juſti impedimenti, quando Reus excipit de juſto impedimento, ob quod in termino comparere nequeat. 9.
Juſtum autem impedimentum dicitur, ſi quis impediatur morbo ſontico, non tantum proprio ſed & conſanguineorum. *l. contumacia 53. §. pœnam. 2. l. quæſitum. 60. ff. de re judic.* tempeſtate vel vi fluminis, captivitate, expeditione publica neceſſaria, vel etiam peregrinatione extra fines territorii ſuſcepta, carentiâ Advocati, vel ſi alia ſubſit cauſa, propter quam in judicio comparere nequit. *Robert. Marant. in ſpec. ſuo part. 6. tit. de contum. n. 2. & ſeqq. Gilhauſ. cit. loc. n. 42. de Except. Zang. cit. c. 9. part. 2. n. 313.* 10.
Impedimentum autem non præſumitur, ideò reus id probare tenetur, illudque impedimentum notificet in termino Judici neceſſum eſt. *d. l. 2. §. ſi quis in jud. C. cum dilecti. §. expectantibus de dol. & contum.* Quamvis & hac Exceptione etiam Actor uti non prohibeatur. 11.

(i) Exceptio procuratoria datur vel contemplatione conſtituentis, vel conſtituti Procuratoris, vel mandati, vel cauſæ. 1.
Contemplatione conſtituentis perſonæ datur, quando Procuratorem datis, cui dare non eſt permiſſum, quales ſunt excõmunicatus. *c. fin. de Procur.* pupillus, minor, furioſus, prodigus & ſimiles. *l. neq; 11. C. de Procur.* 2.
Inhabilis enim ad defendendum præter ſeipſum, etiam inhabilis cenſetur ad Procuratorem conſtituendum. *arg. d. l. 11. & l. non eo minus. 14. C. d. t. Zang. cit. tit. 8. n. 104. & ſeqq.* 3.
Procuratoris conſtituti nomine datur Exceptio, quod conſtitutus legitimam perſonam ſtandi in judicio non habeat, ut fœmina conſtituta. 4.
*§. præterea etiam 11. J. de Except. l. alienam. C. de procur.* vel miles. 5.
*l. militem. 9. C. de Procur. l. filiusf. 8. §. veterani. 2. ff. eod.* 6.
Et ſi quæ aliæ perſonæ, quæ legitimam perſonam ſtandi in judicio non habent, & per conſequens nec procuratores eſſe poſſunt. *Vid. Angel. ad §. præterea ult. Inſt. h. t. n. 31. & ſeqq. Damhoud. in prax. rer. civ. c. 27. per tot. Weſ. in com. ad tit. ff. de procur. Roſb. tit. 19. n. 41. Matt. Coler. ad c. 2. & c. dilecti h. t. n. 20. & ſeqq.* 7.
Reſpectu mandati datur Exceptio procuratoria, quando absque mandato, vel cum 8.

D man-

mandato quidẽ ſed inſufficienti comparet. *l. ſi procuratorem 65.*
9. *ff. de Procur. Weſ. ad tit. ff. de procur. n. 6. & 7.* Vel quando Procurator mandatum tantum allegat in actis, non tamen probet *arg. l. actor. 23. C. de probat.* mandatum autem quàm variis pro-
10. betur modis docet *Zang. civ. c. 5. part. 2. n. 23. & ſeqq.* Vel quando Dominus mandatum revocavit expreſsè vel tacitè, quia conſtituit alium Procuratorem, *l. ſi quis cum procuratorio. 31. §.*
11. *fin. ff. de proc.* Vel Dominus mandans ſit mortuus ante litem conteſtatam, & ſic morte mandantis finitum eſt mandatum. *l. mandatum. C. mand.* Vel quando opponit, quod procurator
12. excedat fines mandati, & quod aliud dicat, aut faciat, quam ſibi mandatum fuerit *l. Procuratorem 16. l. maritus 21. C. de procur.*
15. *§. is qui 8. Inſt. de mand.* Ratione cauſæ, quando cauſa vel actio in judicium deducta Procuratorem non admittit. Non omnes enim actiones per Procuratorem conſtitui poſſunt *l. Pomponius 40. ff. de Procur.* qualis eſt criminalis *l. accuſatore 13. § fin. ff. de publ. jud. de qua vid. Andr. Rauchbar. in quæſt. Jur. Civ. &*
16. *Sax. quæſt. 7. per tot.* Tutoribus quoque & curatoribus nomine ſuorum pupillorum vel minorum experiuntibus objicitur exceptio, quod alieno nomine inaniter experiantur, niſi legitiment ſuas perſonas & proferant ſua tutoria vel curatoria.
17. *l. neq; tutores 11. C. de Procur.* Ut & aliis omnibus perſonis alieno nomine agentibus jure opponitur legitimationis exceptio. *Oldendorp. in Enchir. except. tit. de Except. peremtor.*

## THESIS IV.

Hæc (ſcilicet dilatoria ſolutionis, quæ actionem ipſam in judicium deductam concernit) vel cauſæ merita concernit, ut ſunt Exceptiones. 1. præjudicialis *(a)* 2. plus petitionis, *(b)* 3. pacti conventi temporalis, *(c)* 4. moratoria, *(d)* 5. litis penden-

dentis, (*e*) 6. Excuſſionis ſive ordinis, (*f*) 7. cedendarum actionum, (*g*) 8. competentiæ, (*h*) 9. ſpolii, (*i*) Vel modum actionis proponendæ & ſunt 1. Exceptio ſub- & obreptionis, (*k*) 2. Ineptæ cumulationis, (*l*) 3. libelli alternativi, (*m*) 4. libelli generalis, (*n*) 5. libelli obſcuri ſeu inepti. (*o*)

Ἐξήγησις.

(*a*) Exceptio præjudicialis, ad ſimilitudinem actionum
præjudicialium ita dicta, quâ Reus ita removet Actorem ut di- 1.
cat præjudicium per quæſtionem ab Adverſario motam quæ-
ſtioni majori fieri non debere *l. fundi. 18. ff. de except.* cum enim
major quæſtio minorem ad ſe trahat. *arg. l. ſi quis libert. 7. ff. de* 2.
*petit. heredit. l. fin. in princ. C. eod.* ideò majori per minorem
præjudicium fieri nequit, ſed prius de majori dijudicandum.
*l. ſcio. 4. ff. de in integr. reſtit. l. rei majoris. 21. ff. de Except.* Ma-
jor autem quæſtio in judicium deducitur, vel ab ipſo Actore 3.
vel à Reo, quorum duorũ membrorum exemplum vide *apud
Zang. c. 10. part. 2. n. 5. & ſeqq.*

(*b*) Quando actor plus petit, quam ipſi debetur. *§. ſi quis
agens. 33. J. de Act.* Plus autem petere quis dicitur 4. modis, re, 1.
tempore, loco & cauſa. Re plus petit, qui majorem quantitatẽ, 2.
quam ſibi debetur puta 20. pro 10. exigit. Tempore, qui præ-
maturè, hoc eſt ante diei vel conditionis eventum petit, *arg. l.* 3.
*2. C. quando dies legat. cedat.* qua enim ratione qui tardiùs ſol-
vit, quam debet, minus ſolvere intelligitur. *l. ut ſi cui 12. §. fin. ff.
de V. S.* Eadem ratione, qui præmaturè petit, plus petere vide-
tur, *d. §. plus a.* Loco plus petit, qui id quod certo loco dari ſti- 4.
pulatus eſt, alio in loco purè & ſine cõmemoratione loci con-
ſtituti, exigit *l. quod ſi Epheſi. 4. l. 15. qui 9. ff. de eo quod cert. loc.
§. loco plus. 36. Inſt. de Act.* Cauſa plus petit, qui in alternativa 5.

promiſſione,cujus electio ad reum conventum pertinet, alteram tantum partem, vel in promiſſione generali unam tantũ
6. ſpeciem exigit. §.*huic a.7.I.de Act.l plerumq;.10.§.fin.ff.de jur.*
7. *dot.* Etſi qui uno horum modorum plus petiiſſet, is jure veteri cauſa cadebat. §.*ſi quis agens 33.Inſt.d.t.* Hodiè tamen ſi quis tempore plus petiit, ex conſtitutione Zenoniana induciæ duplicantur, quas reus ad ſolvẽdum habebat, nec prius etiã poſt tempus illud elapſum actionem ſuſcipere poteſt, quàm ſi impendia primæ inſtantiæ circa litis præmonitionẽ facta, adver-
8. ſario ſolvat. *l.1.C.de plus petit.§ pen.hodie a.I.de Except.* Si verò reliquis modis puta re, loco vel cauſa petierit ex Conſtit.Juſtinia.triplum, quod ea petitione ſenſit reus, eidẽ reſtituere cõpellitur. §.*tripli verò 20.& §.ſed hæc quidem.32.I.de Act.l.2.C.de*
9. *plus petit.* Excepto uno caſu, quo etiam hodiè adhuc jus vetus obſervatur, nempe, ſi quis cautionem à debitore majorem debito, dolo malo & machinatione exegerit, & reum ad judicium vocaverit, toto debito cadit. *l.3 C.eod,* niſi calliditatis ante litem eum pœniteat *d.l.3 fin.C.eod.Vid.Matth.Coler.in c.2.& c.dilecti n.65.de Except.*

(*c*) Hæc datur reo, cum ab initio fuerit contractum, poſtea inter perſonas contrahentes convenerit, ne intra tempus ageretur: quæ & ſolutionis evitãdæ vel differendæ exceptio dicitur, & ante litem conteſtatam opponitur. *§.temporales.11.I.*
1. *de Except.l.3.verſ.temp ff eod.* Huic affinis eſt (*d*) Exceptio moratoria, quæ compe:it iis, quibus à principe dilatio certa, intra quam debitum peti nequit, conceſſa eſt. *l.quoties.2 C.de prec. Imperat.offer.* vulgò Quinquennell/Anſtands oder eiſern Brief
2. nuncupantur. Verum hæ induciæ vel dilationes non decoctoribus, Ganeonibus, Salaconibus & profligatoribus ſua exhaurientibus (quos Græci χρεωκόπους, ἀσώτους, & ἀκολάστους, Itali & Belgæ, ſecundum *Agell.lib.7.noct.Att.c.11.* Fallitas & Bancorruptos appellant) nec omnibus indiſtinctè debitoribus concedi debent: Sed eis demum, qui fortunæ aſperitate & injuriâ ex accidenti, non ſupinâ negligentia facultatibus lapſi ſunt. *Hering.in tract.de fidejuſſ.cap.5.num.103.104.& ſeqq.*

(*e*)

(*e*) Huic locus eſt quando lite jam pendente ad aliud 1.
tribunal quis vocatur, quæ convenientiam habet, cum exce-
ptione præventionis ſupra explicata. Deſultoria enim talis 2.
Actorum levitas, qui ad diverſos Judices ideô trahunt adver-
ſarios, ut laboribus & ſumtibus fatigati compellantur actoris
litem componere, vel cedere juri ſuo, improbatur *l. ubi cœptum*
*l. ſi quis poſteaquam ff. de judic. c. fin. de reſcript: Matth. Coler. in*
*tract. de proceſſ. execut. part. 4. c. 1. n. 38.* Et quidem hæc ex- 3.
ceptio locum habet, quando quis de ipſa re, quæ in
judicium deducebatur, convenitur alibi: Secus ſi de alia re
ſeu alia quæſtione diverſa alibi quis convenitur. *Zanger. cap.*
*13. part. 2. n. 5.* Dicitur autem lis pendens, cum à Judice com- 4.
petente reus citatus eſt, & ea citatio ad reum perveniret, aut
per eum factum ſit quo minus ad ejus noticiam perveniret,
dum tamen in citatione prædicta talia ſint expreſſa, per quæ
planè poſſit inſtrui ſuper quibus in judicio convenitur. *Clem.*
*2. ut lite pend. nihil. innovetur.* Per ejusmodi enim citationem 5.
perpetuatur Jurisdictio Judicis, *c. gratum c. licet de offic. & po-*
*teſt. Jud. Delegati. Mynſ. cent. 4. obſ. 26.* Citatio autem ſi cir- 6.
cumducta ſit, & actor in termino emiſſæ citationis non com-
paruerit, an litis pendentia inducatur, quæritur? Negatur
per ſup. *dicta th. 3. lit. g. Mynſing. d. obſ. 26. circ. fin. Zanger. cit.*
*c. 13 n. 12.*

(*f*) Qua utuntur fidejuſſores, qui pro aliis interceſſe- 1.
runt & ante Principales debitores conveniuntur. Licet 2.
enim olim fidejuſſores ante Principales etiam poterant con-
veniri. *l. 3. l. jure noſtro. 5. C. de fidejuſſ.* tamen hoc abrogatum
*per auth. præſente C. de fidejuſſ. Nov. 4. c. 1.* niſi huic Exceptioni 3.
& omni legum auxilio expreſsè renunciâſſent, quod facere
poſſunt. *arg. l. pen. C. de pact.* aut niſi ſeſe ut Principales als 4.
Selbsſchüldner & quidem in ſolidum obligâſſent. *And. Facch.*
*lib. 8. cont. jur. c. 54. Coler. part. 1. de proceſſ. execut. c. 10. n. 267.*
aut niſi notoriè conſtaret de inopia Principalium. *Schneidw.* 5.
*in § ſi plures. n. 4. J. de fideiuſſ.* inanis enim eſt actio, quam ex-
cludit debitoris inopia, *l. nam is. 15. ff. de dol. mol.* Unde Ger-
mani, wo nichts iſt / da hat der Keyſer das Recht verlohren.

6. Vel niſi debitor latitet, ut non facilè ſit conveniendo. *argum. l. 2. ff. qui ſatisd. cog. & d. Nov. 4. c. 1.* ut paria eſſe videantur, debitorem non eſſe ſolvendo facultatibus vel non eſſe ſolvendo conveniendi facultate; quos & ſimiles caſus vid. *ap. And.*
7. *Gail. 2. obſ. 27. n. 14. & ſeqq.* Ordinis exceptione utuntur tutores conventi ex contutoris facto. *l. fin. C. ſi tut. vel cur. non geſſ.* ut ſcilic. tutores non ex proprio ſed contutoris facto conventi de ordine excipiendo poſſint eò rem deducere, ut Actor prius contutorem, de cujus facto quæritur, ſi ſolvendo fuerit, convenire & eundem excutere debeat *l. fin. C. de divid. tut. l. tutores qui 39. §. in eum ff. de adminiſtr. & peric. tut. Hartm. Piſtor. lib. quæſt. jur. Civ. & Saxon. quæſt. 6. n. 1. per tot.* ubi vide certas regulas, in quibus huic Exceptioni locus ſit, nec ne:
8. huc enim referre omnes, nimis longum foret. Et quamvis excuſſionis & ordinis Exceptio non perimat actionem inſtitutam,, ſed tantum differat, ut priùs principalis, vel is qui geſſit, excutiatur, ac proinde liqueat eam dilatoriam & ante litis conteſtationem regulariter proponendam, *arg. eorum quæ ſup. & inf. dic. Facchin. lib. 8. c. 52. Magnif. Nobiliſſ. & Conſultiſſ.*
9. *Dn. D. Arumæus, exercit. 13. th. 19. & diſp. 23. th. 6.* Benigniorem tamen ſententiam eſſe, eam & in judicio & litis conteſtatione opponi poſſe, contendit *Gail. 2. obſ. 27. n. 3. Angel.* dicit, quod ante litem conteſtatam poſſit opponi, ſed non neceſſitetur. *ad §. appellatur n. 48.*

1. (*g*) Hæc quoque fidejuſſoribus competit. puta ſi unus aut duo ex pluribus fidejuſſoribus ſolvere coguntur, poſſunt petere à creditore actionum ceſſionem adverſus reliquos confidejuſſores, ut viriles partes præſtent. *l. 17. & l. 36. ff. de fidejuſſ.*
2. *Hering. de fidejuſſ. c. 27. part. 3. n. 6. & 7.* Hanc tamen Exceptionem ante ſolutionem vel in ipſa ſolutione petere debent, ne ſublata per ſolutionem omni obligatione & actione nihil ſuperſit, quod cedi poſſit. *l. 23. l. 43. ff. de ſolut. d. l. 36. & l. 39.*
3. *ff. de fidejuſſ.* Unus enim fidejuſſor conventus ſi ſolvat, reliquos liberat, *Weſenb. in Par. de fidejuſſ. n. 6. verſ. quod ante. Magnif. Nobiliſſ. & Conſultiſſ. Dn. D. Arumæus diſp. 23. th. 3. ad*
4. *l. 36. de fidejuſſ.* Quid ſi vero creditor cedere nolit? Præſtat fide-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0032-0

fidejuſſori id quod intereſt, ſibi cedi actiones, *arg. l. ſi pœnam. 68. & l. ſtipulationes non divid. 27. verſ. Celſus de V. O. Zanger. c. 16. part. 2. de Except. Hartmannus Piſtor. obſ. 29 n. 12.*

(*b*) Hac certæ perſonæ ſe tuentur, ne ultra quam fa- 1.
cere poſſunt, condemnentur. *§. pen. & ult. J. de Act. l. 16. cum*
*aliquot ſeqq. ff. de re jud.* Eaque dilatoria eſt, quia non perimit 2.
inſtitutam actionem, ſed tàm diu creditori nocet, & ſolutio-
nem debiti differt, quamdiu debitor facere non poteſt: quod
ſi vero ad pinguiorem perveniat fortunam & facere poſſe in-
cipiat, non amplius utitur exceptione. *l. un. § cum a. 7. C. de*
*rei uxor. act.* Hoc enim verba, in id quod poteſt, ſive in quan- 3.
tum, ſive eatenus, quà aut quatenus facere poteſt, indigitant.
*l. in condemnationem. 173. de R. J. Magnif. Nobiliſſ. & Conſultiſſ.*
*Dn. D. Arumæus diſp. 15. th. 20. ad l. 13. ff. ſolut. matr. & diſp. 21.*
*th. 6. & exercit. 19. th. 7.* Utuntur autem hac Exceptione Pa- 4.
rentes contra liberos & vice verſa, Patroni eorumque liberi
adverſus libertos. *d. l. 16. & 17. ff. de re judic. 1.* Socius contra
ſocium. *l. ead.* Miles ob meritum perſonæ. *l. 6. & l. 18. ff. eod.*
Donatores *l. ſi extraneus 33. ff. de jur. dot.* is qui bonis ceſſit ob
miſericordiam *l. 4. & l. qui bonis ff. de ceſſ. bon.* Exheredatus
*l. exheredatus. 49. ff. de re jud. l. 4. §. interd. ff. quod cum eo qui*
*in alien.* Maritus *§. ſunt præterea 33. J. de Act. l. 12. ff. ſolut. ma-*
*trim.* Socer à quo nurus dotem exigit *l. rei judicatæ 15. §. fin.*
*ff. eod.* &c. *Vid. Oldendorp. in Enchir. Except. tit. quaten. quis*
*fac. pot. Gilhauſ. cit. c. 5. Um. 10. n. 69. Angel. Aretin. ad §. appel-*
*latur. J. n. 5. Zang. c. 5. part 2. n. 49. & ſeqq.* Notandum ta- 5.
men huic exceptioni locum eſſe 1. niſi arguatur dolus ejus
qui hoc beneficium prætendit. *l. reum, 52. ff. de re jud.* ( exce-
ptis Parentibus & Patronis. *l. Parens. 5. & ſeq. ff. de obſequi.*
*Par. & Pat. præſt.* ) Nemini enim dolus prodeſſe debet. *l. 134.*
*ff. de R. J.* 2. niſi tales caſus ſint, in quibus in totum conde- 6.
mnari debent, veluti ſi ſe ſocium ſocius negaverit. *l. ſed hoc ita*
*22. §. fin. ff. de re jud.* 3. Niſi expreſsè ei renunciaverit. *arg.* 7.
*l. pen. C. de pact. Domin. Cardin. Tuſch. tom. 3. pract. concluſ.*
*concluſ. 382.*

1. (*i*) Exceptio ſpolii ſpoliato adverſus ſpoliantem com-
petit. Spoliatus enim non tenetur quicquam reſpondere de
dominio vel poſſeſſione rei ſpoliatæ priusquam in poſſeſſio-
nem reſtitutus fuerit, juxta regulam: Spoliatum ante omnia
2. reſtituendum eſſe. *c. cum dilectus de Ordin. cognit.* Ac proba-
re tenetur excipiens de ſpolio 1. quod poſſederit, 2. quod ſit
dejectus vi vel ſaltem dolo malo actoris. *l. 1. in princ. & §. 1. l.*
3. *vim facit. ff. de vi & vi armat.* Datur autem illa Exceptio ſpo-
liato, ſive dejector ipſe, ſive mandans aut ratum habens, vel
particeps doli agat ex qualibet cauſa adverſus dejectum *l. 1. §.*
4. *ſed etſi quod 14. ff. d. t.* Imô & ſpoliati heredibus. *d. l. 1. §. hoc
interdictum & heredi 44. & §. fin. ff. d. t.* cui enim datur actio,
ei multò magis exceptio competet. *l. favorabiliores. ff. de R. J.*
5. Non tamen contra ſpoliatoris heredem niſi quatenus res ad
eum pervenit. *Um. d. diſp. 8. th. 4. n. 24.*
1. (*k*) Quæ & mendaciorum præſcriptio appellatur.
2. *l. 2. C. ſi contra jus vel util. publ.* Et ſolet opponi tanquam
clypeus omnibus mandatis, reſcriptis, inhibitionibus & literis
Principum, aliorumque Judicum ad inſtantiam & falſam af-
firmationem deprecantis emiſſis, ſive in juris ſive facti narra-
tione ſive in tacendi fraude mendacium reperiatur. *d. l. 2. C.*
3. *eod.* Indigniſſima enim res eſt, mendaciis ſeſe Magiſtratibus
inſinuare, ſub honeſti prætextu, unde & furtiva deprecatio
vocatur. *l. 1. C. de fund. limitroph.* & Conſtantinus Imperator
pœnam ſumi de judice jubet, qui hanc obreptionis exceptio-
4. nem non admiſerit. *l. puniri C. eod.* Et opponi etiam poteſt,
etſi mandatum ſine clauſula impetratum foret, quia omnibus
mandatis hæc tacita ineſt conditio, ſi preces veritate nitantur,
*c. 2. ex parte, de reſcript. l. fin. C. de diverſ. reſcript. Vid. Magnif.
Ampliſſ. & Conſultiſſ. Dn. D. Foman, Sen. Ordinarium in noſtra
Salana Spectatiſſ. in d. prælect. publ. ad c. 9. tit. de ſent. & re jud.*
5. *quæſt. 1.* Unde pars contra quam obtentum eſt tale manda-
6. tum, poteſt comparere & exceptionem ſub & obreptionis op-
ponere; quæ exceptio ad probandum admitti debet, ſi non
ſit notoriè calumnioſa; eaque ſi probetur, caſſatur mandatum
& impetrans in expenſas condemnatur, *c. fin. de reſcript.* ca-
rere

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0034-1

rere enim debet mendax precator impetratis. *And. Gail. 1. obſ.*
*14. n. 1. 2 & 3.* Si vero exceptio ſub- & obreptionis probata non fuerit, injungitur reo paritio, cum eventuali pœnæ paritione *Zang. c. 17. part. 2. n. 17. & ſeqq.* 7.

(*l*) Exceptio ineptæ cummulationis: Ineptè autem 1.
cummulantur actiones præjudiciales *l ult. C. de ord. cogn.* 2. Si 2.
actiones ejus ſint conditionis, ut una electa, altera perimatur.
*l. metum a. 9. §. licet. 6. l. item ſi cum exceptione 14. §. eum qui metum 13. ff. quod met. cauſ.* 3. Si actiones illæ ex eadem cauſa or-
tæ dantur ad idem conſequendum: Neque enim ideò circa 3.
ejusdem rei conſecutionem plures actiones productæ ſunt,
ut iis omnibus utamur, ſed ut unam eligamus, quâ debitum
conſequi velimus, *arg. l. 76. §. 8. ff. de legat. 2.* 4. Si eæ inter ſe 4.
pugnent: Contraria enim allegans non auditur & uno contrariorum poſito removetur alterum, exemplum eſt *in l. 1. C. de*
*furt. & in l. fin. C. de codicill.* 5. actiones quæ ordinem habent 5.
à lege præſcriptum, ut una poſt aliam intendatur, non admittunt cũmulationem *l. ordinarii C. de R. Vind. l. incerti juris C. de*
*interd. & C. de ordin. cognit.* His tamen ipſis non negamus plu- 6.
rium ſed diverſarum actionum, ex diverſis cauſis ortam cummulationem admitti. *Vid. Matth. Coler. d. c. 2. & c. dilecti de Except. n. 43.*

(*m*) Quando ſcil. libellus non eſt ſimplex ſed conditi- 1.
onalis, ſive alternativus. Regulariter enim libellus alternati-
vus non admittitur, *arg. l. 7. §. 4. ff. de injur.* quia alternativa ora- 2.
tio obſcuritatem & incertitudinem parit, *c. fin. ext. de reſcript. Gail. 1. obſ. 62. §. 1. & ſeqq. Mynſ. cent. 2. obſ. 42. & cent. 4. obſ. 11.*

(*n*) Cum enim generalitas obſcuritatem pariat, 1.
meritò reprobatur. *arg. l. veteribus. ff. de pact. arg. l. ita 40. ff. de*
*jur. fiſc.* Et quidem generalis in criminalibus ipſo jure nullus 2.
eſt. *l. 3 ff. de accuſ.* In civilibus verò cõſiſtit, ſed ita ut ad oppoſi-
tionem partis ante litem conteſtatam declaranda ſit. In gene- 3.
ralibus tamen judiciis generalitas & incertitudo non vitiat.
*Em. à Rosb. tit. 33. n. 47. Domin. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. jur. concluſ. 372. n. 12.*

(*o*) Libellus enim clarus eſſe debet, non obſcurus, per 1.

requiſita *auth. obſeratur. C. de lit. conteſt. l. fin. C. de annal. Ex-*
2. *cept.* Obſcurus autem erit ſi contineat æquivoca, ambigua, 
3. dubia, &c. *vid. Gail. 1. obſ. 62. n. 3.* Ineptus erit, ſi libellus non conſtet ex congruente facti narratione & cauſa ſeu medio concludendi, non aliter atque ſyllogiſmus conflatur ex majore & minore propoſitione, & deſuper adaptata commoda concluſione. *Matth. Coler, ad c. & c. dilecti de Except.* Non enim edere
4. libellum, & edere, ſed obſcurè parificantur in jure. *per vulg.* Item ſi poſitiones ſunt impertinentes: juxta regulam, quod probatum non prodeſſet adſerenti, id fruſtra ponitur aut probatur. *arg. l. hæc ſtipulatio. ff. ut legator. ſeu fideicom. ſerv. cauſ.*
5. Æquus tamen Judex ob modicam obſcuritatem non rejiciet libellum. *arg. l. ſi quis intentione. ff. de judic.* Nec rurſus intollerabilem diſſimulet. *arg. l. 3. ff. de reb. dub.* Et tantum de dilatoriis exceptionibus dixiſſe ſufficiat.

## THESIS V.

Peremtoria Exceptio eſt, quæ actionem in totum perimit & tollit. §. appellantur, verſ. perpetuæ. I. de Except. *(a)* Eaque vel cum ipſo negotio naſcitur, vel poſt illud demum. Illius ſunt quædam, quæ cum negotio ex ſola re & facto proficiſcuntur, ut 1. Exceptio doli, *(b)* 2. metus, *(c)* 3. erroris, *(d)* 4. non numeratæ pecuniæ, *(e)* 5. non numeratæ dotis: *(f)* Quædam cum negotio ex perſonis proficiſcuntur, ut 1. Exceptio Scti Macedoniani, *(g)* 2. Scti Vellejan. *(h)* 3. minorennitatis, *(i)*

Ἐξήγησις.

*(a)* Hæ exceptiones & perpetuæ vocantur, quia non ad 1.
tempus proceſſum & actionem differunt, ſed perpetuò agen-
tibus obſtant. *l. 3 ff. de Except. d. § appellantur. I. eod.* Et peri- 2.
muntur actiones vel ipſo jure vel per exceptionem. Ipſo jure 3.
perimuntur J. Civ. per Aquilianam ſtipularionem, novationẽ,
ſolutionem, compenſationem, &c. *Gilhauſ. cit. c. 5. Ulm. 10 de*
*Except. n. 88. Magnif. &c. Dn. Ordinar. in hac Salana, ad c. 10.*
*tit. cit. quæſt. 6.* Per exceptionem perimuntur Exceptiones J. 4.
Prætorio ubi neceſſe eſt fateatur reus ſe jure civili teneri, &
alleget exceptionem, quâ intentatam actionem excludere
poſſit. *l. 2. ff. de Except.* Et cum propoſiti mei ratio ſit agere de 5.
Exceptionibus propriè ſic dictis, prout actiones per easdem
eliduntur, miſſis exceptionibus illis impropriis, quæ actionem
jure civili impugnant ipſo jure, ad illas ſine ambagibus ulteri-
oribus accedam.

*(b)* Hæc datur adverſus exigentem id quod dolo promiſ- 1.
ſum eſt, *Inſt. de Except. §. 1. & l. 1. ff. de dol. mal. & met. Except.* Ea- 2.
que vel generalis eſt, quæ locũ habet, quotiescũq; defenſionis
æquitate, i. e. exceptione aliqua negotium infringi poteſt. *l. qui*
*æquitate 12. ff d. t.* & cum reliquis ſpeciebus omnibus concurrit.
*l. 2. §. generaliter ff. l. 4. §. pen. l. ult. ff. eod.* Vel ſpecialis, 3.
quæ ex iis cauſis competit, quando quid ab initio malo dolo
geſtum eſt, ex quibus & actio competit. *l. 2. in princ. ff eod. Ulm.*
*d. diſp. 8. th. 5. n. 33.* Quot modis autem committatur dolus,
*vide apud Robert. Marant. part. 6. n. 21. Angel. Aretin. §. 1. Inſt. h.*
*t. n. 7.* Illud notandum, quod Exceptio doli ex parte ejus, cui 5.
opponitur eſt perſonalis, in tantum ut opponatur contra do-
loſum, non contra alium *l. palam 2. §. ſequitur. ff. eod.* niſi ipſe
teneatur ex dolo ejus, qui agit, utpote dolus defuncti nocet
heredi. *l. Pomponius 13. §. cum quis 1. ff. de acquir. vel am. poſſ.* Et 6.
indiſtinctè contra omnes, qui dolo alterum ad contrahendum
induxerunt: Exceptis ſolis Parentibus & Patronis, eorumque 7.
liberis: neque enim illis doli exceptionem opponere licet. *l. 4.*
*§. 16. de dol. mal. & met. except.* Sed temperatis verbis omiſſo
dolo in factum actio datur. *l. non debet. ff. de dol. Vid. Ang. cit. §. 1.*

8. *n.10.* Ex parte autem ejus qui opponit exceptio doli in rem eſt,
& ideò ad quemcumq; tranſit res ſuper qua dolus commiſſus
eſt, tranſit quoque exceptio hæc, ita ut non quæratur adverſus
quem ſit commiſſus dolus, ſed an ſit in ea re dolus commiſſus.
*l.2.§.2.ff. eod. arg. l.ult. C.de Rei vind. Rob.Marant.c.part.6.n.22*
9. *& 23.* Unde cautelam nonnulli tradunt, quod cauſidicus Rei in
articulando & probando duo hæc deducere debeat, videſ. do-
lum fuiſſe adhibitum in tali re ſibi petita, & per ipſum Actorẽ
fuiſſe dolum cõmiſſum, *d.l.2.§.verſ. debet igitur is.ff.d.tit.* quod
10. tamen non eſt κατὰ παντὸς, prout demonſtrat *Ang.Aretin.cit.*
11. *loc.n.20.* Huic Exceptioni doli mali non eſt abſimilis Exceptio
ſimulationis, quando Reus dicit promiſſionem factam eſſe ſi-
mulatè ob cauſam nõ veram: quæ 3pliciter cõmittitur. 1. Cum
12. in veritate agitur, quod unus contractus celebretur, tamẽ alius
13. celebrari ſimuletur. *C.plus valet.quod agit per tot.* 2. quando in
veritate celebratur contractus & modico tempore debet dura-
re, quia forte ſtatim retrovenditio fieri debet. *l. is qui 4. §. ſi ab*
*ignoto. 2.ff. de manumiſſ.* 3. quando apparenter fit contractus,
14. in mente autem fit & agitur, quod nihil fiat inter partes. *l. nu-*
*da.ff.de contrah. empt.Robert. Marant.cit part.6.num.29.& ſeqq.*
*Gilhauſ. cit. c.5. num. 105. Vid. Angel. Aretin. ad § 1. num 37. I.*
*eod.*

1. (c) Datur hæc adverſus petentem id quod metu promiſ-
2. ſum. *ff quod met.geſt. cauſ.* Metus autem talis eſſe debet, qui in
virum conſtantiſſimum quemque cadere poſſet, vel majoris
malitatis, qui eſt inſtantis & futuri periculi cauſa mentis trepi-
datio. *l.1. & 5. & 6.ff. eod. l.7. & l fin. C. de his quæ videl. metusve*
3. *cauſ.* Vanus timor alicujus periculi remotioris, nullum habet
4. effectum, *l. metum 9. C. eod.* Atque in hac exceptione non opus
eſt allegare perſonam metum inferentem, vel cui metus fuerit
incuſſus, ſed ſufficit allegare metum in tali re eſſe adhibitum,
*l. apud Celſum 4.§ metus cauſa. 33 ff. de dol.mal. & met. Except.*
5. Eſt enim in rem non in perſonam *per cit. l.4.* ac proinde, quia
non ſugillat perſonam aliquam nominatim vel turpitudinem
metus inferentem, dari poterit contra Parentes & Patronos.
6. *d.l.apud Celſum §. adverſus. Ang.ad §.1.n.41. & 42.* Notandum
ta-

tamen Exceptione hac ut & priori non ſemper opus eſſe: ſed
demum in contractibus St. J. *l.l.36.ff.de V.O.l.5.C.de inutil.ſti-
pul.* aut b.f. in quos dolus & metus coincidit. *l.5.C.de pact.*
Nam ſi cauſam dederit b.f. contractui, ipſo jure negotium 7.
nullum eſt *l.7.in princ.ff.de dol.mal.l.3.§.3.ff.pro ſoc.l.16.§.1.ff.de
minor.& l.2.§.5.de dol.mal.Except.* Intellige ſi & ipſe dece- 8.
ptus negotium valere nolit; aliàs ſi ipſius interſit negotium
contractum ſubſiſtere, dicendum utique videtur illud, quoad
doloſi contrahentis præjudicium pro valido habendum eſſe.
*Um.d.th.9 n.33. Gœdd. de contrah.ſtipul.cap.3.n.144.& ſeqq.* niſi 9.
lex expreſsè reſiſtat actui, quod ex neutra parte ex dicto con-
tractu inito per dolum datur actio. *Bart.in l.1.C.plus valet
quod agit. Angel. Aretin. in princ. Inſt.h.t.n.3.& ſeqq. Em.à Rosb.
tit.42.n.8 Lindeman exercit. Juſtin.diſp.10.th.11.*

(*d*) Erroris exceptione repellitur is, qui petit quod errore
promiſſum eſt. *§.1.J.h.t.ff.de Jur.& fact.ignor.* Nihil tàm con-
trarium conſenſui eſt, quam errot, qui imperitiam detegit. *l.ſi
per errorem.15.ff.de Jurisdict.*

(*e*) Exceptio non numeratæ pecuniæ, vel competit debi- 1.
tori, qui ſpe futuræ numerationis certam quantitatem ſe acce-
piſſe & debere, quam tamen non accepit, ſyngrapho ſuo con-
feſſus eſt. Et hæc Exceptio intra biennium non ut olim intra 2.
quinquennium opponenda eſt. *Inſt.de lit.oblig.in fin.l.14.in
princ.C.de non numer.pecun. Magnific. Nobiliſſ. Ampliſſ. Con-
ſultiſſ.& Excellentiſſ. Dn.D.Arum.exercit.12.th.12.Dn.D.Rie-
mer dec.10.quæſt.8.Matth.Coler.de proceſſ executiv.part.1.cap.
10.n.253.* Si ſcilicet intra biennium queſtus fuerit de pecunia 3.
non numerata; vel coram Judice proteſtatus fuerit, quod, li-
cet confeſſus fuerit, illud tamen fecerit ſpe numerationis fu-
turæ, quæ non fuerit ſecuta, quo caſu iſta exceptio perpetua-
tur. *l.ſi præſens, 21.C.de Epiſcop.audiend. d.l.in contractibus 14.
§.fin.C.de non numer.pecun. Hartman. Piſtor. 2.pract.obſ.2.
tit.9.* Quando autem illud biennium incipiat. *Vid. Angel.* 4.
*ad § idem juris eſt Inſt.n.3.* Vel competit creditori, qui ſcri- 5.
pſit, ſe ex quacunque ferè cauſa aliquid ſolutum accepiſſe,
cum tamen revera nihil acceperit, *d.l.in contractibus.* Et datur 6.

 in-

intra 30. dies proximos, adeò ut poſt illud tempus, non amplius audiatur creditor, & ſi onus probandi in ſe recipere velit. *d.l.14. & ibi Dd.* An autem exceptio non numeratæ
7. pecuniæ competat, etiamſi debitor ei renunciaverit, quæritur? Et affirmatur, quia ſi præjudicaret debitori iſta renunciatio, creditor invitaretur ad non numerandum, & ſic ad decipiendum ac per conſequens ad delinquendum contra *l. illud*
8. *convenire 5. ff. de pact. dotal.* Etſi juramento interpoſito. *l. indubitati juris fin. C. h. t.* quia omni caſu, quo datur Exceptio non numeratæ pecuniæ, ſi juramentum non interveniat, datur etiam dicta exceptio, licet Juramentum interveniat, per *d.l.*
9. *fin. ibi*, quæ etiam ſacramenti. Sed etſi renuncietur exceptio-
10. ni non numeratæ pecuniæ, Ergo etiam licet juramentum interveniat, quia ſicut confeſſio de recepto habet tacitam conditionem, ſi numerabitur. *arg. l. ſi ex cautione & l. in contracti-*
11. *bus ff. h. t.* eod. modo habet tacitam conditionem juramentum interpoſitum. *arg. l. fin. ff. qui ſatisd. cog.* & hoc indubitati juris eſſe convincit *ſup. cit. l. fin.* quia in effectu diceretur interpoſitum juramentum contra bonos mores. *Angel. Aretin. ad* §. *n. 37.*

1. (*f*) Hæc competit ei, à quo dos promiſſa, ſed non numerata, petitur, intra annum continuum. *l. fin. C. de dot. cauta, non num.* à morte ſcilicet mariti vel mulieris, vel etiam miſſione repudii *d.l. fin.* quod tamen poſtea aliter in *auth. quod*
2. *locum C. eod. & Nov. 110. c. 2.* definitum eſt, Atque hæc Exceptio intra ſtatuta tempora à marito oppoſita, hoc efficit, ut numeratio dotis probanda ſit ab ipſa uxore, vel herede petente reſtitutionem ipſius, non à marito excipiente: quod ſpe-
3. ciale eſt; licet enim regulariter reus excipiendo fiat Actor, adeoque ſuam exceptionem probare teneatur, *l. ſi pactum. l. in exceptionibus ff. de probat.* tamen hoc fallit in Exceptione dotis & pecuniæ, quia eo caſu excipiens nihil ponit ſed poſitum negat. *l. 1. C. de dot. caut. Gail. 2. obſ. 81. n. 9.*

1 (*g*) Hæc competit filiisfam. qui ab aliis mutuam pecuniam acceperunt, aut in fraudem SCti alium contractum ce-
2. lebrarunt *l. 7. §. 3. & l. 9. in princ. ff. ad SCt. Macedon.* Quamvis

vis enim filiusfam. ex omnibus aliis cauſis tanquam Paterfam.
obligetur, & ob id agi cum eo, tanquam paterfam. poſſit.
*l. filiusfam. 39. l. obligari. 43. ff. de O. & A.* Excipitur tamen
SCto Maced. mutui cauſa, ex qua nec filiusfam. nec pater te-
netur. *l. ſi ex alio 9. C. quod cum eo qui in alien.* idque eum in fi- 3.
nem introductum, ne filiifam. mores corrumperentur & ne
oneratus ære alieno inciperet vitæ Parentis inſidiari. *§. illud*
*verſ. quæ ideò J. eod.* Ideoque cum non in favorem filiorum 4.
ſed Parentum potiùs & publicam utilitatem introducta ſit,
*per d. §. illud & l. 1. ff. h. t.* mirum non eſt, ſi ei renunciare ne-
queant. cum nemo poſſit renunciare niſi juri pro ſe introdu-
cto *l pen. C. de pact.* Si enim efficax eſſet renunciatio, exce- 5.
ptione non oppoſita, filiusfam. non juvaretur, quaſi videre-
tur ei beneficio renunciâſſe, *arg. l. tamen ſi 11. ff. eod. Facchin. 2.*
*controverſ. jur. c. 62. Mozz. de contract. c. de mut. n. 23. Magnif.*
*Nob. & Conſult. Dn. D. Arum. d. exercit. 29. th. 8. lit. 8. lit. A. &*
*diſp. 12. th. 6. ad l. tamen ſi 11. ff. h. t.* maximè quod juri publico 6.
privatorum pactis derogari non poſſit. *l. jus publicum ff. de pact.*
Atqui SCtum Maced. in publicam utilitatem introductum eſt.
*l. 1. ff. h. t.* Et quamvis in SCto Macedon. hæc verba, mu- 7.
tuas pecunias dari, referantur tantum ad pecuniam nume-
ratam. *l. item. 7. §. mutui dationem. 3. ff. eod.* quippe eâ tantum
ad luxuriam propriè uti poſſumus, attamen ſi fraus adhibita
ſit SCto Maced. puta oleo, frumento, vino, mutuo datis, ut 8.
his fructibus deſtractis uteretur pecunia filiusfam. SCto locus
erit. *d. l. 7. Weſenb. in Par. h. tit. n. 6.* Sed dicis, quomodo 9.
Exceptio SCto Maced. competet, cum nulla detur creditori
actio petitioque. *per l. 1. ff. h. t.* Non entis ergo nullæ erunt
qualitates, nulla prædicata. per ſup. dicta? Reſpondetur: 10.
Si conſtet judicio in lite conteſtanda pecuniam mutuò datam
eſſe filiofam. actio creditori non datur: Sed ſi inter credito-
rem & filiumfam. controverſia adhuc ſit, tunc omninò actio
creditori datur, ſed addita exceptione, quæ itidem datur fi-
liofam. *Hugo Donell. in com. ad tit. C. ad SCtum Macedon. in*
*rubr. n. 12. Um. d. diſp. th. 5. n. 38.* Quod autem dicitur credi- 11.
tori agenti obſtare exceptionem SCti Macedon. perpetuô
verum

verum non eſt: dantur enim quidam caſus, in quibus filio-
fam. hoc SCto non ſuccurritur puta, 1. ſi filiusfam. ab initiò
mentitus ſit *l. 1. C. h. t.* 2. ſi error juſtus intercedat, & filius-
fam. paterfamilias publicè habitus ſit. *l. 2. C. eod. l. 3. in princ.*
*ff. eod.* 3. ſi pecunia filiofam. credita ſit voluntate Patris. *l. 3.*
*C. eod. l. item ſi. §. interdum. verſ. nam qui ſcit. ff. eod.* 4. ſi pe-
cunia credita in Patris utilitatem & rem verſa fuerit. *d. l. 4. C.*
*eod. & l. item. §. interdum verſ. proindo ff. eod.* 5. ſi filiofam.
ſtudiorum aut legationis cauſa abſenti pecunia credita ſit, ad
neceſſarios ſumtus, quos Patris pietas non recuſaret. *l. 5. C.*
*eod.* modò modum in mutuando non excedat, *l. item ſi §. quod*
*dicitur ff. eod.* 6. ſi mutuum filiofam. datum, ratihabitione
Patris confirmetur. *l. ult. C. eod.* quos & ſimiles vide *apud Zan-*
*ger. c. 12. part. 3. n. 26. & ſeqq de Except. Angel. Aretin. ad §. i-*
*tem ſi 12. & ſeqq. Gug. Donell. ad l. 1. & 2. C. h. t. Weſenb. cit. loc.*
*n. 7. & 8.*
(*b*) Competit mulieribus, quæ pro aliis interceſſe-
1. runt, *tot. tit. ad SCtum Vellejan.* Cum enim fæminarum
2. conſilium plerumque adverſus propria commoda labo-
ret. *l. ſi pater 4. C. de ſponſal.* & ob ſexus imbecillitatam mulie-
res facilè maritalibus atque aliis blanditiis in fraudem, ſuſci-
piendumque ſponſionis onus illici poſſe videantur, ideò ut
fragilitati ipſarum conſuleretur, multa conſtituta ſunt. *pr.*
*Inſt. quibus alien. licet.* quæ variè à variis allegantur: Inter ea,
3. haud poſtremum eſt beneficium SCti Vellejan. Cujus ſum-
ma eſt, ne mulieres intercedant pro aliis, & ſi interceſſerint,
hic ſit effectus, ne eo nomine adverſus mulieres efficax petitio
actiove inſtitui poſſit, ſed habeant mulieres exceptionem SCti
Velleian. *tot. tit. ff. ad SCtum Vellejan.* Intercedere autem di-
4. citur, cum ſe aut res ſuas pro alio obligat, ſive verbis ſive quo-
cuoque alio conrractu. Omnis enim obligatio SCto com-
prehenditur, *l. 2. §. omnis 4. ff. ad SCtum Vellejan.* Obligat ſe
5. mulier pro alio ex *l. 1. & l. 4. C. ad SCtum Vellej.* tribus modis,
vel alienam obligationem in ſe ſuſpiciendo, vel cum alius ob-
ligari deberet ſolam in ſe ſuſpiciendo *Vid. Zanger. cap. 11. n. 13.*
*14. & ſeqq. Hering. de fidejuſſ. c. 7. n. 395. Hugi Donell. ad l. 1. C.*
*h. t.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0042-6

*h. t. n.* 4. *& ſeqq.* quibus caſibus mulier juvatur SCto Velleja- 6.
no, modo calliditate Creditoris factum ſit, ut obligatio initi-
um ſumeret in perſona mulieris. *l. cum ad eas 19. C. eod.* Sed & ſi 7.
res ſuas pro alio obligari ab alio patitur, hac exceptione SCti
juvatur. *l. 4. verſ. quod & C. eod.* Occaſione hujus quæritur, 8.
An maritus poſſit res uxoris ſuæ pro ſe pignoris loco obligare?
Et cum res uxoris non ſint in bonis mariti, ſed ei alienæ, quæ 9.
invito Domino obligari nō poſſunt, *l. quæ prædium 6. C. ſi alien.
res pign. dat. ſit. l. qui filios veſtros 6. C. quæ res pign. obl. poſſ.* dicē-
dum dationem illam pignori non valere, ſi maritus res uxoris
ſine ejus voluntate obligavit *l. ſi ſine 5. C. h. tit.* Sed etſi mari-
tus conſentiente uxore res obligavit, ut res uxoris ſciente cre- 10.
ditore res mulieris eſſe, juvari mulier debet hoc SCto, *d. l. 5.
verſ. quod ſi conſenſiſti.* Non enim ab alio decipitur creditor
qui ſcivit, ſed à ſeipſo. *l. nam ſi actor. 26. ff. de rei vindic.* Quod
ſi maritus ignorante tamen creditore res uxoris obligavit, ut 11.
res proprias, beneficio SCti hujus frui non debet, quia deci-
pere voluit creditorem. *d. l. 5.* Mulieribus autem deceptis
non decipientibus SCtum Vellej ſuccurrit. *§. Sed ita demum.
3. ff. eod. l. fœminis C. eod. l. ſi decipiendi 30. & l. 2.* Sunt & alii
modi & caſus, quo mulier ſeſe per exceptionem non tueri po- 12.
teſt, puta ſi mulier pro interceſſione pretium accipiat, idque
evidenter appareat, vel aliàs evidenter ex inſtrumento con-
tractus vel alio modo probari poſſit. *l. antiquæ 23. C. h. t.* Vel
ſi ſe in rem utilitatemque ſuam obligavit, ut ſi pro alio ſpon- 13.
deat, cui erat obnoxia. *l. aliquando 13.* cum hoc caſu non fiat
pauperior & pecuniam non perdat, cum jam eam habeat.
*l. ſi mulier. 16. ff. h. t.* Vel ſi poſt biennium repetita ſit interceſ-
ſio. *l. ſi mulier. 22. C. eod.* niſi mulier pro marito intercedat: 14.
illa enim interceſſio nullo tempore confirmatur. *auth. ſi qua
mulier. C. h. tit. & Nov. 134. c. 8.* niſi manifeſtè probetur pecu-
niam in propriam mulieris ſubſtantiam verſam eſſe. *d. auth. ſi
qua. Gail. 2. obſ. 89. n. 2.* Vel ſi mulier coram Judice ordina-
rio fateatur pecuniam verſam eſſe in ſuam utilitatem, huic e-
nim confeſſioni ſtandum erit. *Gail. d. obſ. 89. n. 5. Andr. Rauch-
bar. in qquæſt. J. Civ. & Saxon. quæſt. 34. n. 14.* Præſentia enim



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0043-1

Judicis excludit omnem doli præſumtionem *arg. l. ult. C. qui admitt. ad bon. poſſ.* Et ſi qui ſimiles caſus, in quibus mulier hoc SCto non juvatur. *Hering. de fidejuſſ. c. 7. n. 405. Zang. cit. c. 11. n. 121.* Illud quærendum an mulier SCto Vellejan. re-
15. nunciare poſſit? Utraque ſententia ſuos habet baſiatores & negat. & affirmat. Placet Affirmativa: Cum enim in favorem
16. mulierum introductum ſit hoc beneficium. *l. qui except. 40. in pr. ff. de condict. indeb.* renunciare ei poterunt. *l. fin. § pen. ff. & l. 21. C. h. t. & auth. matri & aviæ. & l. ult. C. quando mulier tutul. officio fung. Novell. 118. c. 5. l. 29. C. de pact. Gail. 2. obſ. 77. per tot. Facchin. 2. controverſ. c. 60.* modô mulier priùs de eo,
17. quod aliàs ignorare præſumitur *arg. l. 9. in princ. ff. de J. & fact. ignor.* certiorata fuerit à Notario. *Gail. d. obſ. n. 3. Dn. D. Ungepauer. exercit. 15. quæſt. 8. Hering. de fidejuſſ. c. 7. n. 473. & ſeqq.*
18. quod procedit niſi adſit renunciatio jurata, quo caſu virtute juramenti mulier efficaciter obligatur, etiamſi non de Vellejano certior reddita ſit: quia juramentum loco certiorationis eſt. *Gail. d. obſ. n. 10. Gœdd. de contrah. & committ. ſtip. c. 7. concluſ. 16. n. 298. Rauchbar. d. quæſt. 34. n. 14.* niſi probet mulier
19. enormiter ſe læſam eſſe. *Gail. d. obſ. n. 11.* juramentum enim non debet eſſe vinculum iniquitatis *c. quanto 18. de jurejur.*

(*i*) Exceptione minorennitatis defendunt ſe minores 25. annis, qui negotio aliquo læſi aut decepti ſunt *l. 7. in fin. ff. de Except. Vid. Angel. Aretin. cit. loc. n. 37.*

## THESIS VI.

Hujus (i.e. quæ poſt negotium proficiſcuntur.) ſunt 1. Exceptio rei venditæ. (*a*) 2. pretii non ſoluti (*b*) 3. pacti conventi de non petendo (*c*) 4. jurisjurandi (*d*) 5. rei judicatæ (*e*) 6. transactionis (*f*) 7. præſcriptionis (*g*) 8. rei litigioſæ. (*h*)

Ἐξήγησις.

1. (*a*) Obſtat hæc venditori ejusque heredi rem venditam

ac

ac traditam repetenti. *l. 1. & tot. tit. de Except. rei vend.* Quod
juris eſt in omnibus ſucceſſoribus ab utraque parte, unde & 2.
venditoris heredi aut ſucceſſori cuicumque hæc exceptio
obſtat, & ſecundus emtor eand. exceptionem habebit. *l. fin.*
*h. t* qui omnes ead. ſunt conditione, qua perſonæ principales
*l. ſive poſſeſſio. 14. l. cum ſucceſſores 23. C. de evict. Weſenb. in Par.*
*ff. h. t.* Huic contraria eſt

(*b*) Exceptio pretii non ſoluti, quæ emtori rem petenti
pretio non ſoluto obſtat *l. 13 §. 8. ff. de act. emt.* Generaliter, n. 1.
quando aliquid eſt adimplẽdum ex parte agentis ſi agit, poteſt 2.
& debet repelli à limine judicii, ſi primò ipſe non offerat vel ad-
implet, quæ ſibi incumbunt ex parte ſua. *l. ex placito 3. C. de*
*rer. permut.* Sunt enim contractus hi ultro citroque obliga-
torii. *Gail, 2. obſ. 17. per tot. Marant. in ſpec. ſuo part. 6. n. 51 h. t.* 3.

(*c*) Quando quis alteri ex quacumque cauſa obligatus,
& poſtea convenit ne petatur. Cum enim J. Civili pacto obli- 1.
gationes non omninò diſſolvantur, (excipe obligationes na-
turales. *l. Stichum 95. §. naturalis. 4. ff. de ſolut. l pacto C. de pact.*)
ſed unumquodque, quibus modis contrahitur, iisdem & diſ-
ſolvi debeat. *l. nihil tàm naturale 35. l. omnia quæ jure 100. l. ferè*
*quibuscumq; 153. ff. de R. J.* manet quidem obligatio, ſed quia i-
niquum eſt me condemnari, cum nihil tam naturale ſit, quam
pacta ſervari *l. 1. ff. de pact.* ideò jure Prætorio hac exceptione
eliditur *§. 3. & § 9. J. de Except. l. 13. §. 2. ff. de pact. & l. 5. C. eod.* Et
datur hæc Exceptio pacti debitori, ejusq; heredi adverſus cre- 2.
ditorem ejusq; heredem petentem, dummodo pactũ generali-
ter in rem fuerit conceptum: *l. jurisgent. 7. §. pactor. 8. l. tale pactũ*
*40. in princ. ff. de pact.* Quod ſi pactum in perſonam factum ſit,
heredibus prodeſſe non debet, *d. l. 7. §. 8 l. 25. §. 1. de pact.* Nec n. 3.
actꝰ ultra intẽtionem agentium operari debet, *l. 19. de reb. cred.*
Nihil a. referre videtur, ſive cauſa de non petendo adjecta ſit,
ſive nõ ſit, debitor per exceptionem jure honorario liberatur: 4.
modo pactum dolo malo debitoris factum non ſit: hoc n. pa-
cto creditor replicatione doli pacti conventi exceptionem eli-
dit. *l. ſi unus 27. §. 2. de pact. & l. adverſus. 3. C. de Except. Hug. Don.*
*ad hanc l. 3. n. 1.*

1. (*d*) Quando debitor, creditore deferente, juravit, ſe
nihil dare oportere. §. 4. *I. h. t. & l. 15. ff. eod.* Et quamvis jura-
mentum habeat vim probationis *l. non erit. 5. §. dato. ff. de jure-
jur.* & majorem auctoritatem habeat quàm res judicata *l. 2. ff.
eod.* tamen cum juramentum tollēdæ civilis obligationis mo-
dus non ſit, maneret obligatio, niſi hac exceptione elideretur,
2. *d. §. 4. & d. l. 15. & l. 2. & l. 5. ff. de jurejur.* Sed ex quonam ju-
rejurando hæc Exceptio competit, quæſtio eſt? *Em. à Rosb. tit.*
3. *41 n. 48.* exiſtimat ex juramento judiciali & neceſſario oriri.
4. *Um.* ex voluntario & judiciali. *diſp. 8. th. 6. n. 43.* Alii ex ſolo
voluntario, quæ à parte parti extra judicium defertur *l. jusju-
5. rand. 17. in pr. l. ſi quis 39. ff de jurejur.* Et cum juramentum judi-
ciale & neceſſarium per approbationem Judicis actionem
tollere videatur, dicendum erit ex ſolo voluntario juramento
6. eam oriri. Cumprimis, quia jurejurando judiciali præſtito ju-
dex quaſi re ſatis probata ſententiam ferat, quâ ſecutus fidem
jurisjurandi reum abſolvit, actore jurante, condemnat. *l. jusju-
rand. & ad pecun 34. §. fin. ff eod.* ita ut Actor potius exceptio-
ne rei judicatæ & litis finitæ, quam exceptione jurisjurandi
tutus ſit. *§. item. 5. I. de Except. l. de quare. 74. ff. de jud. Um. d.
7. th. 6. n. 43. Hug. Donell in com. ad tit. de jurejur. c. 10. n. 5.* Prodeſt
autem hæc Exceptio non ſolum ei qui juravit, ſed & heredi-
bus, fidejuſſoribus, & pecuniæ conſtitutæ creditoribus. *l. in
8. duobus. 28. §. 1. ff. h. t l. ult. C. de conſtit. pecun.* Nocet iis, qui
jusjurandum legitimè detulerunt. *l. ait Prætor. 3. de jurejur.*
iisque qui in eorum locum ſucceſſerunt. *l nam poſteaquam
9. l. ſed ſi poſſeſſori 11. ff. d. t.* non adverſus alios, jusjurandum
9. enim aliis nec nocet nec prodeſt. *d. l ait Prætor. 3 § 3 & l. quia
non. 10. ff. eod. vid. Oldend. in Enchirid. de Except. jurisjur.*

1. (*e*) Quando reus in judicio abſolutus poſtea de ead. re,
ex ead. cauſa, ab ead. perſona convenitur. *l. 12. cum 2. ll ſeqq. l.
2. 27 ff. de Except. rei jud. & §. 5. I. de Except.* Eadem res dicitur,
1. quando eadem quantitas, idem corpus, idem jus denuò pe-
titur. *d. l. 12. & l. 18. ff. eod.* Quod procedit ſive tota res, ſive ea-
dem pro parte petatur. *l. ſi quis 7. in princ. ff. eod. cum pars in to-
to ſit l. 3. ff. de R. J.* & quicquid prædicatur de toto, idem etiam
prædicatur de parte. *l. quæ de tota 76. ff. de R. V. Everhard. in*

*Top.*

*Top. in loc. à tot. ad part.* 2. Ead. res peti dicitur, quando id, 3.
quod ad eand. quantitatem, ad idem corpus pertinet. *arg. l. qui*
*Romæ 122. §. fin. ff. de V. O.* de quo generalis quæſtio eſt: An &
quatenus ſententia abſolutoria lata in principali pariat exce-
ptionem rei judicatæ in acceſſorio? *Vid. Ang. Aretin. ad §. item*
*ſi judicio. 5. n. 25. & ſeqq. de Except.* Ead. cauſa dicitur, quan- 4.
do in poſteriori judicio diſceptandum venit illud, quod in pri-
mo judicio per ſententiam fuit determinatum. *d. l. ſi quis 7. §.*
*de fructibus 3. verſ. planè. & §. generaliter 4. ff. h. t.* Aliud eſt, ſi 5.
ob diverſam cauſam, quæ vel ab initio fuit, vel poſt primam
petitionem actori de novo acceſſit, ead. res denuò petatur. *l. de*
*ead. 5. d. l. ſi quis cum totum. 7. §. 4 ff. eod.* Eædem perſonæ in- 6.
telliguntur, non tantum quæ principaliter fuerunt in lite, ſed
etiam ſucceſſores, tàm univerſales quàm ſingulares. *l. cum he-*
*res. 11. ff. de diverſ. & temp. præſcript. Nov. 48. l. ſi à te 9. ff. eod.* Et 7.
concurrentibus his tribus requiſitis qui in judicio convenitur,
exceptione rei judicatæ tutus erit. Rebus enim judicatis ſtan-
dum eſt, *l. 1. & 2. C. eod.* ſi quidem res judicata pro veritate acci-
pitur *ff. de R. J.* Cujus hic eſt effectus, ut litis ingreſſum impe- 8.
diat, & actorem à limine judicii repellat, niſi altiorem inda-
ginem hæc exceptio requirat. *Magnif. Dn. Ordinarius in præ-*
*dict. lect. publ. ad c. tenor. 10. tit. de ſent. & re jud. quæſt. 2. Zang.*
*c. 17. part. 3. de Except. n. 109.*

(*f*) Datur ei qui ſuper cauſa jam ante transactione 1.
ſopita denuò convenitur *l. 28. & 29. C. de tranſact.* Lites enim 2.
legitimis tranſactionibus ſopitæ, ne imperiali quidem reſcri-
pto reſuſcitari debent. *l. cauſas de tranſact. Matth. Coler. c. 1. part.*
*4. de Except. n. 11.* Ut autem hæc Exceptio competat, requiri- 3.
tur, 1. ut fiat tranſactio inter perſonas, quæ poſſunt tranſigere,
*l. interpoſitas. §. quoniam. C. h. t.* 2. Ut fiat b. f. ſi enim dolus in- 4.
terceſſerit, & quis Exceptione tranſactionis ſe defendere volu-
erit, replicari poteſt de dolo. *l. tres fratres. 35. in fin. ff. de pact. &*
*d. l. interpoſitas in princ. C. eod.* 3. Ut fiat ſuper re dubia & lite in- 5.
certa *l. 1. ff eod. l. 2. C. eod.* & quæ in tranſactionem venire, ſeu de
qua trãſigi poſſit: quæ n. alienari nequit, trãſactionẽ nõ admit-
tit *l. jurisj. 7 §. ſi paciſ. ff. de pact. & arg. l. Nulli ff. de tranſact.* 4. Ut 6.
celebrata ſit dato vel retẽto aliquo *l. trãſactio. C. eod.* & ita rectè


com-

completa, ne replicatione doli non impleti contractus elide-
7. retur. *l. ſub prætext. 19. C. eod.* 5 Ut non fiat per rem judicat. lites
enim reſuſcitari non oportet. *d. l. cauſas. C. eod. Vid. Oldend. tit. de Except. contra tranſact. Gail. 2. obſ. 70. n. 8 & 12. Mynſ. cent. 1. obſ. 33. Um. d. th. 6. n. 44.*

1. (*g*) Datur adverſus eum qui tempora actioni ſuæ præ-
ſcripta præterlabi paſſus eſt. *tot. tit. ff. de diverſ. & tempor. præ-*
2. *ſcript.* Notandum hîc, quod vel præſcriptio poſſeſſori domini-
um rei poſſeſſæ acquirat, ut triennalis, quâ res mobiles, & decennalis vel vicennalis, quâ res immobiles vel inter præſentes vel abſentes præſcribuntur, *princ. I. de uſucap. & c. & l. un. C. de uſuc. transform.* Et hoc caſu poſſeſſor ipſo jure munitus eſt, nec exceptione aliquâ eget, cũ actori utpote amiſſo dominio nul-
3. la ampliùs competat actio, *per ſuper dict. th. 1. & th. 5. lit. a.* Vel
præſcriptio nullum tribuit dominium, ut tricennalis, quæ poſſeſſores rei furtivæ, vi poſſeſſæ &c. ab initio malâ fide poſſideri cœptæ, tuetur *l. 3. & 4. C. de præſcript. trig. vel quadr. ann.* In his enim rebus poſſeſſor non efficitur Dominus, ſed tantum propter bonũ publicũ jus retinẽdi eas conſequitur: atq; hic cũ ipſo jure ſe tueri nequeat poſſeſſor, præſcriptione & temporis exceptione ſe defendit. Atq; his præmiſſis liquet non in omni-
4. bus actionibus realibus, ſed tantum in his poſterioribus huic
Exceptioni locum eſſe. *Um. d. th. 6. n. 45.*

1. (*h*) Exceptione hac is, qui rem litigioſam emit, à per-
ſecutione ejus repellitur. *l. 1. ff. de litigioſ.* Neque enim contractus talis ipſo jure nullus eſt, ſed veritate hujus Exceptionis
2. demum repellitur. *arg. l. ult. ibi irrita facta C. eod.* Dicitur au-
tem res litigioſa, de qua controvertitur in judicio citato jam adverſario & propoſita petitione. *auth. litigioſa C. h. t. Vid. Weſenb. in par. ff. hoc tit.* Et in his propoſitis peremtoriis propoſiti ratio ſubſiſtere jubet.

## THESIS VII.

Forma exceptionum in eo conſiſtit, quod omnis Exceptio ſit proponenda & probanda. (*a*) Et dilatoria quidem regulariter in principio judicii & ante litem

con-

conteſtatam. (*b*) Peremtoria etſi initiò omiſſa ſit, poſtea nihilominus adhuc usque ad ſententiam rectè proponi & probari poteſt. (*c*) Quædam verò exceptiones etiam poſt latam ſententiam opponi poſſunt. (*d*)

Ἐξήγησις.

(*a*) Etiamſi Exceptio notoria ſit: Notorium enim fa- 1.
cti non revelare ab onere proponendi communiter receptū.
Nec Judex ex officio ſupplere debet, ſi vel ignorantia, vel in- 2.
ſcitia, vel ob aliam cauſam litigator Exceptionem omittat. *ut*
*dix. ſup. th. 1. lit. d. Angel. Aretin. Bartol. & Baldi ſententias expli-* 3.
*cans, ita decidit:* Aut aliquid conſtat in judicio propter quod
appareat Actorem non habere actionem, & tunc Judex debet
abſolvere reum, licet nihil opponatur. *Bart. in l. ubi pactum. C.*
*de tranſact.* aut apparet aliquid, propter quod actio non tolli- 4.
tur ipſo jure ſed ope exceptionis poteſt elidi, & tunc aut eſt ex-
ceptio, quæ ipſi actioni vel obligationi ineſt, ut in pactis in cō-
tinenti appoſitis, & tunc poteſt Judex ſupplere, etiamſi nō op-
ponatur à parte, *ut Bart. notat in l. iecta ff. ſi cert. pet.* aut non in-
eſt, ſed extrinſecus venit, ut in pactis appoſitis ex intervallo, &
tunc iterum aut ſi illa exceptio omittatur, actor locupletatur,
cum aliena jactura, & poteſt Judex ex officio ſuo, ſi ſibi conſti-
terit de facto ſupplere *l. planè. 38. ff. de petit. hered. ubi Bart.* aut
non locupletatur cum aliena jactura & tunc Judex non poteſt
ſupplere, niſi per reum opponatur. *Angel. Aret. in rub. I. h. t. n. 26.*
Proponebantur olim exceptiones conditionaliter *per ſup. th. 1.*
*n. 23. dicta.* Hodie nulla certa forma obſervatur, ſive in ſcriptis 5.
ſive ſine ſcriptis, modo ad acta referantur. *Em. à Rosb. tit. 39. n. 12*
Præterquam in caſu *auth. hanc autem querelam. C. de non num.*
*pecun. Um. d. diſp. 8. th. 9. n. 55.* Obj. Sed cum reus in exceptioni- 6.
bus dicatur Actor *l. 1. ff. h. t.* Actor autem proponat neceſſum
eſt ſuam intentionem in reſcriptis, *auth. obſeratur & auth. libell.*

*C.de lit.conteſt.* dicendum, quod & reus ſuam exceptionem in
7. ſcriptis obferre debeat. Verum, nec olim quidem erat neceſſa-
ria ſcriptura in libellis, ut *l.1.ff.de edend.* Et licet poſtea in libel-
lo *per d. auth.* fuerit mutatum, non reperitur tamen mutatum
in exceptionibus: Et cum illa *auth.* ſit correctoria non debet
extendi. *l. præcipimus in fin. C.de appell. Bart. in l.1.ff. h.t. Angel.
Aretin.cit.loc.n.26.*

1. (*b*) *l.pen.& ult. C.de Except. l.exceptionem.19. C.de probat.*
adeò ut ſi advocatus poſt litem conteſtatam dilatoriis exce-
2. ptionibus uti velit, auri libra multetur *l.pen. C.eod.* Ratio eſt
quia hæ exceptiones ad judicii conſtitutionem ſpectant, id-
eò meritò ante judicium acceptum earum ratio haberi de-
bet, iis enim omiſſis in judicem cõſenſiſſe videmur. *l.ſed etſi 52.
3 in pr. de jud.* Et dilatoriæ quidem judicii ſtatim ab initio ante
litem conteſtatam opponendæ & probandæ. *d. l. pen. & ult. C.
h.t.* dilatoriæ verò ſolutionis, quamvis & ipſæ ante litem con-
4 teſtatam regulariter opponendæ ſint, tamen poſt eam demum
cum actor intentionem ſuam monſtraverit, probandæ. *d.l.19. C
eod. Em. à Rosb. tit.40.n.55 Matt. Coler. d.c.2. & c. dilecti de Exc.
n.50. & ſeqq. Um. d.th.9. n.56.* ad inſtar exceptionum peremto-
riarum, quæ demum poſt actionem probatam & litem conte-
ſtatam probantur. *l.9. C.de long.temp.præſcript. l.9. C. h.t. Dom.
5 Cardin. Tuſch. pract. concluſ. jur. tom.3. concl.389.n.8.* Sunt tamen
quidam caſus, quibus etiam poſt litem conteſtatam dilatoriæ
Exceptiones rectè opponuntur. 1. Si judicium retro nullum
6 reddunt. 2. Si poſt litem conteſtatam demum ſuperveniat. *c.4.
7 extr. de Except. ut de recuſatione Judicis diximus ſup. th.3.* 3. Si ex-
ceptio gravamen ſucceſſivum habeat, qualis eſt Exceptio loci
8 ſuſpecti, loci non tuti. *Gail.1.obſ.52.n.10. & 11. Mynſ.cent.2.obſ.73*
4. Si per ignorantiam vel errorem facti non oppoſita ſit. *d. c.4.
extr. de Except. l.ſi per errorem ff. de Jurisdict.* quos & plures caſus
habet *Em. à Rosb. tit.46.n.8 Lindem. diſp.10. exerc. Juſtin. th.9 Ol-
dend. in Ench. tit. regulæ aliquot de Except. ad pract. util. n.20. Um.
9. d.diſp.8.th.9.n.56.* An autẽ exceptione dilatoriâ fruſtra oppo-
ſitâ ante litis conteſtationẽ, opponens debeat in expenſas cõ-
demnari ſtatim tum ſuper exceptione pronunciatum eſt, an
ve-

verò expectetur diffinitiva, quæritur? Et videtur quod non debeat condemnari, quia à lege habet facultatem opponendi exceptionem dilatoriam. *l. ita demum. C. de procur.* unde puniri non debet, cum facit l. auctoritate, *l. Gracchus 4. C. ad Leg. Jul. de adult.* Verum licet permiſſum ſit exceptiones dilatorias opponi, non tamen calumnioſè. *arg. l. 1. C. de conſort. ejusd. lit. & l. 2. C. de falſ. cauſ.* ne per legem detur materia calumniandi & protrahendi litem, cum calumnioſè protrahentes litem puniantur. *l. 1. C. de jurejur. propter calum. & l. properand. in princ. C. de judic. l. meminerint. C. unde vi.* Igitur ſicut cum litigatur, improbus debet in expenſis condemnari. *l. eum qui temerè. ff. de judic. §. item actoris. J. de pen. tem. litig.* Eodem modo in expenſis condemnari debet factis per oppoſitum exceptionis, ſi calumnioſè oppoſuit. *l. non ignoret is 4 C. de fruct. & lit. expenſ.* 10 11 12.

(c) *l. 4 & l. 8. C. de Except. l. peremtorias. 2. C. ſentent. reſcind. non poſſ. Matt. Coler. ad rubr. de except. n. 2 Robert. Marant. part. 6. n. 12. Um. d diſp. 8. th. 9. n. 5.* Naturæ enim convenit, ut quandocunque pulſamur, integrum nobis ſit promere noſtras defenſiones, & iis uti, quibus relevemur. *Cujac. 18. obſ. 34. in fin. Gail. 1. obſ. 74. Mynſ. 1 obſ. 24.* Licet exceptiones peremtoriæ ante litis conteſtationem propoſitæ, cum plerumq; in continenti non ſint liquidabiles, ſed altiorem indaginē requirant, ſoleant poſt litis conteſtationē reſervari, cumprimis, quia non ſemper conſultū exceptionē ſuam ſtatim probare, ubi licet tutò intentionem actoris negare. *l. ſi quid. 9. C. de Except.* cum eo ipſo convētus exiſtat in terminis abſolutionis, etiamſi nihil præſtiterit, quando actor fundamentū ſuæ intentionis non probat. *l. qui accuſare 4. C de edend.* Probare itaque tum demùm debet, cum actor ſuam intentionem fundavit *l. 19 C. de probat.* niſi fortè ad excludendam litis conteſtationem & ipſum proceſſum in vim dilatoriarū propoſitæ ſint: tum enim ſtatim ut propoſitæ ſunt, probari etiam debent, ſi videl. notoriæ & in continenti probari poſſint: In notoriis ſiquidem juris ordo eſt, ordinem juris ſive proceſſum ordinarium non ſervare. *c. ad noſtram 20. de jurejur.* Et probatio in continenti præ cæteris privilegiata. *Matth. Coler. ad c. cum venerabilis de Except. n. 54. Hartman. Piſtor. 2. tit.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

8. *9 obſ.1.n.13.* Quæ autem dicantur exceptiones in continenti
probabiles, *vid. in prælect publ. Magnif. Dn. Ordinarii in hac al-
ma Salana ad c.10. tit. de ſent. & de jud. quæſt.3. Matth. Coler. in
tract. de proceſſ. execut. part.4. c.2. ſtatim ab initio.* quæ porro di-
9. cantur altiorem inquirere indaginem docet *Marant. part.6. n.
16. Angel. Aretin. ad §. æquè J. n.11. h.t.* Notandum hîc, quod li-
cet jure communi reus conventus ſuas exceptiones articula-
tim poſſit edere: Poſſe tamen Judicem certum aſſignare ter-
minum, intra quem tàm dilatoriæ, quam peremtoriæ ſimul &
conjunctim proponendæ ſunt, ut poſtea amplius non audia-
tur reus. *c.4. extr. de Except. Vid. Myns. cent.5. obſ.89. Matt. Coler.
ad c. Paſtoralis de Except. n.4. Schneid. Inſt. h.t. n.9. Marant. part.6.
n.9. eod. tit. Um d. th.9. n.60. Angel. ad J. appellantur. I. n.53 h.t.*
1. (*d*) *Vid. Em. à Rosb. tit.42. n.25. & 26.* qui recenſet
tales caſus, in quibus etiam poſt ſententiam exceptiones op-
poni poſſunt. 1. Ut Exceptiones, quæ proceſſum retro nullum
reddunt, & ſententiam non valuiſſe oſtendunt. *arg. l.1. C. de
2. I & f. ignor.* 2. quæ ſententiam non in totum enervant ſed mo-
dificant, ut eſt exceptio competentæ, ſeu quatenus quis fac.
3. poteſt. 3. quæ ſententiam non enervat ſed implet, ut compen-
4. ſationis. 4. Except. SCti Macedon. & Vellejan. *l.12. ad SCt. Ma-
5. ced.* 5. Minoris Exceptio. *l.36. ff. de min.* item militis, qui arma
6. magis quam leges ſcire præſumitur. *l.1. C. de J. & fact. ignor.
Matth. Coler. ad d.c. cum venerabilis de Except. & ſeqq. Marant.
7. n.18.* Niſi jam iſtæ Exceptiones à Judice rejectæ fuerint, neq;
terminus productioni exceptionum præfinitus, neque deniq;
exceptiones adductæ altiorem indaginem requirant, ſed in
continenti verâ probatione doceri poſſint. *Um. d. th 9. n.59.*

## THESIS IIX.

## Materia ex qua producitur exceptio eſt æquitas.

Ἐξήγησις.

1. Omnis enim Exceptio dicitur fundari ex æquitate. *l. qui
æqui-*

*æquitate. ff. de dol. mal. & met. Except. l 1. § ff. eod.* quoties er-
gò conſtat æquitatem præſtare reo defenſionem, ſemper ibi 2.
datur reo exceptio. *l. 1. in princ. ff de vac. mun.* Et quoties æ-
quitas non dicit, non datur exceptio, *d. l. qui æquitate à contra* 3.
*rio ſenſu.* Ex quo illud infertur, quod omnis Exceptio ſui na-
turâ dicatur favorabilis, etiam illa quæ nominatur exceptio
doli ſive odioſa. *l. qui exceptionem. ff. de condict. indeb.* Non
enim dici poteſt odioſa, cum matrem habeat æquitatem & nõ
propter odium actoris regulariter, ſed æquitatem rei & mate-
riæ detur. *per d. l. qui æquitate.* Unde quia reus ſuis exceptioni- 4.
bus fundatur in æquitate, dicitur favorabilior actore. *l favora
biliores. ff. de Reg. J.* & in dubio pro eo ferenda eſt ſententia.
*l. Arrianus. ff. de O. & A. Angel. Aretin. in rubr. Inſt. h. t. n. 8.*

## THESIS IX.

**Propria exceptionum ſunt, 1. quod ſint excluſoriæ, (*a*) 2. quod regulariter ſint perpetuæ, (*b*) 3. quod multiplicabiles, & ſi plures ejusdem rei nomine exceptiones quis habeat, omnibus iis uti non prohibeatur. (*c*)**

(*a*) *per l. 2. §. illud tenend ff. de Except. de quo proprio ſup. th. 1. lit. 6. n. 12.*

(*b*) *l. 3. ff. eod. l. 5. & 6. C. eod.* dictæ, non eo ſenſu, quo 1.
actiones *Inſt. in princ. de perpet. & tempor. act.* quod ad 30. vel 2.
40. annos durent; Sed quod in perpetuum locum habeant,
nec ullo certo tempore circumſcriptæ ſint, etiam cum actio
tantum eſt annalis, *l. 76. de præſcript. l. purè 5. §. ult. ff de dol. &
met. except.* juxta regulam, quæ ſunt annua ad agendum, ſunt 3.
perpetua ad excipiendum. *l. quæſitum. 30. §. in dolo. ff de pec.* &
ratio eſt, quod licet actor in ſua poteſtate habeat, quando uta- 4.
tur ſuo jure, reus tamen non habeat poteſtatem, quando con-
veniatur. *l. 5. §. ult. ff. d. t.* Dictum eſt autem regulariter, quia 5.

 ubi

ubi exceptio & actio alicui competunt ex gratia & ſingulari jure contra jus commune, ibi non durabit exceptio: uti exceptio non numeratæ pecuniæ, non numeratæ dotis, *l. 14. §. 2. C. de non num. pecun. & l. fin. & auth. ibi poſita. C. de dot. promiſſ. Um. d. diſp. 8. th. 4. n. 23. & th. 11. n. 66.*

(c) *l. 5. & 8. ff. de Except. l. 43. ff. de R. J. c. nullus pluribus.*
1. *de R. J. Roſb. tit. 39. n. 15.* Qui enim diſtulit proponere in prima inſtantia, poſtea in ſecunda inſtantia opponere poteſt. *Dom. Cardin. Tuſch. tom. 3. concluſ. 391. n. 4.* modo non malitioſè eam
2. emiſerit. Aliud obtinet in actionibus, quarũ ſi plures de ead. re cõcurrãt, unâ experiẽdũ eſt. *d. l. 43. § 1.* Ratio eſt, quia ſemper fa-
3. ciliores & proniores eſſe debemus ad liberãdũ quàm ad obligãdũ. *l. 47. ff. de V. O.* & Exceptiones ſemper favorabiliores ſunt quàm actiones *arg. l. 125. de R. J. per ſup. th. 8. dict.* Favores a. ampliandi non reſtringendi, *c. odio de R. J. in 6.* Niſi lex pluribus
4. defenſionibus uti impediat *d l. 43.* Quod de diverſis & contra-
5. riis exceptionibus dictum eſt, limitatur procedere ſi non directò contrariæ aut contradictoriæ ſint, ita ut earum altera neceſſariò falſa ſit: tum enim utraque allegari nequit. *Um. d. th. 9.*
6 *n. 67.* Vel quando una & ead. exceptio eſt in ſeipſa contraria, vel duæ ad invicem, tunc ſimpliciter proponi non poſſunt, ſed conditionaliter. Sed ex poſt facto una exceptione rejecta poteſt ſimpliciter alia contraria allegari, quia non ampliùs reperitur perplexitas rejecta prima. *Angel. Aretin. ad §. idem juris I. h. t. n 26.*

## THESIS X.

Effectus dilatoriarum exceptionum ſunt 1. quod aut differant aut transferant judicium: Peremtoriarum, quod excludant & perimant. 2. quod dilatoriæ operentur abſolutionem ab obſervatione ju-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0054-2

judicii & inſtantiæ (*a*) Peremtoriæ verò à cauſa ipſa. 3. quod exceptio oppoſita litis conteſtationem inducat. (*b*)

(*a*) Si ſcilicet ſit propoſita & probata ante litis conte- 1
ſtationem tunc actor repellitur tanquam malè agens. *per ſup.*
*d.th.7.lit.b.* Si verò non ſit probata, licet ſit propoſita, tunc non 2
repellitur actor ab actione judicii, quia ad hoc non opponi-
tur, unde judex de qua re cognovit, tantum judicabit. *l. de qua*
*re in princ. ff. de jud.*

(*b*) Diverſæ ſunt Dd. opiniones in hoc effectu: Com- 3.
modiſſimè diſtingvitur cum Ummio inter exceptiones dilato-
rias & peremtorias. Dilatoriæ, quæ proceſſum judiciarium 4.
concernunt, ut & eæ, quæ modum actionis proponendæ, op-
poſitæ litis conteſtationem non operantur, cum cauſæ ipſius
merita non concernant, & non judicii ſuſcipiendi ſed diffe-
rendi cauſa proponantur. *§.10. Inſt. h.t.* nec negotio principali
excipiens directè reſpondeat, ut propterea nec litem conte-
ſtari poſſit. *l. un. c. de lit. conteſt.* Eæ verò quæ ipſam actionem 5.
ſpectant, litis conteſtationem inducere poſſe videntur. Circa 6.
peremtorias iterum diſtingvendum eſt, aut enim opponuntur
ut peremtoriæ ipſius cauſæ meritis, & tum litis conteſtatio-
nem inducunt; aut opponuntur in vim dilatoriarum ipſi
proceſſui, quaſi de re inſtitui nequeant, & tunc nec litis conte-
ſtationem operari poterunt. *l.3.§.3. ff. de condict. indeb. l.7.§.9.*
*in pr. ff. de jurejur. Um. diſp. 12. th. 4. n. 15.*

THESIS XI.

Contraria exceptioni eſt replicatio; hanc ſequitur duplicatio, eam excipit triplicatio, quã viciſſim quadruplicatio &c. quæ nihil aliud ſunt, quam refugia & alle-

gationes, quæ vel actoris vel rei adjuvandi
cauſa ſuo ordine proponuntur. *(a)*

1. *(a)* Notandum hîc, cum Reipubl. interſit, ne lites in in-
finitum excreſcant: ſolet officio Judicis prolixioribus allega-
tionibus inhiberi. *auth. jubemus. C. de jud.* vel per partes quan-
2. doque ita compromiſſo conveniri, das ſie mit zweyen oder
dreyen vmbgewächsleten Schrifften zum Beſchlůß vnd Vrtheil
verſetzen wollen. Unde in Camera etiam in dilatoriis ultra
3. duplicam, in peremtoriis ultra triplicam procedere non licet.
*Ord. Cam. part. 3. tit. 26. §. 2.* Wo aber *& tit. 29. § ult.* Wo aber
ſolche *&c.* niſi forte Judex ſecundum qualitatem cauſæ plura
ſcripta concedat. *d. part. 3. tit. 38. Em. à* Roßbach *tit. 44. n. 4.* Et
4. de jure Sax. citati jubentur ad diem certum comparere, & jus
ſuum, ſi quod habere putant, deducere in termino, ita ut ſin-
guli per tria producta utrinq; pro illa vice concludant in cauſa
5. *Matth. Coler. ad rubr. de Except. n. 6.* Cæterum ſicut reus non
tenetur probare ſuam intentionem, antequam actor fundave-
rit ſuam intentionem: Ita actor contra non tenetur probare
ſuam replicationem, anteq; reus probaverit ſuam exceptio-
nem & ſic deinceps: In Judiciis enim ſemper æqualitas ſervan-
6. da. *c. non licet de R. J. in 6. l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ.* Et
quemadmodum exceptio perpetua eſt, quamvis actio tempo-
re finiatur: ita & adverſus exceptionem replicatio perpetua
eſt, quamvis ſit replicatio doli, cujus nomine actio prodita non
niſi intra annum utilem, ut olim, ut hodie intra biennium con-
7. tinuum competit. *l. ult. C. de dol. mal.* quia ead. militat ratio:
ut enim non eſt in poteſtate rei, quando cum eo agatur, & a-
ctioni exceptionem opponat, ſic non eſt in poteſtate credi-
toris, quando reus exceptione utatur, ut adverſus eam creditor
ſe defendat replicatione. *Hug. Donell. ad l. ſi pactum, 6. C. de
Except. n. 1.*

## THESIS XII.

Finio in fine Exceptionum, qui eſt, ut inflexibilis
actionum rigor ab exceptionum ἐπιεικείᾳ temperetur,
& quem iniquum eſſet contra æquitatem naturalem
con-

condemnari, is ut objecto exceptionum clypeo tela civilium actionum aſpera evitare poſſit. *J. b. t. l. 2. ff. eod. l. 1. §. 1. de dol. mal. & met. except.*

Et tantum etiam de Exceptionibus dixiſſe pro ingenioli tenuitate ſufficiat: In quo ſi quid erratum & minus appoſitè dictum vel ſcriptum, id communi hominum conditioni, cum Sacratiſſ. Imperatore benevolus lector aſcribat. in *l. 2. §. 14. de V. J. enucl.* & ſciat ex *Senec. l. 2. de ira. c. 9.* inter pœnas mortalitati à Deo ſummo impoſitas eſſe mentium caliginem & errandi neceſſitatem. Facilè patior ut erroribus meis quivis, allinat atrum transverſo calamo ſignum. Non enim me magis pudebit errorem corrigere, quam puduit Medicorum Deum Hippocratem revocare ſententiam de capitis futuris. Tantum te (*ut verbis & petito Gerhard. Voſſ. in Inſt. ſuis orator. uti mihi liceat*) rogatum volo, ut ἀβεπήσεις ac culpas lubens condones, quando Sanatibus idem jus quod fortibus; & velle hominem ob errorem dicteriis laceſſere, ac velut pipulo differre, id eſt univerſo hominum generi injuriam facere. Abrumpo filium.

*Deo ſit laus, honor & gloria in ſempiterna ſecula.*

---

Præſtantiſſimo & Doctiſſimo Dn. JOHANNI GEORGIO PFAFFREUTTERO Ratiſpon. Legum cultori eximio, Amico, Conſalino, & Conterraneo ſuo dilectiſſimo publicè Diſputanti,

*Umbra velut corpus ſequitur, ſic clara labores*
*Nomina Siſyphios; Neſcia Muſa mori.*
*Juſtitiæ Myſtis te, & civica jura peritis*
*Hactenus addixti, nocte dieq; vigil.*
*Hinc tibi perpoliit Peitho os, Themis aurea pectus:*
*Cultorem redamat ſic pia Diva ſuum.*
*I nunc intrepidus, defendeq; lemmata juris,*
*Legum nodoſa erue & arte plicas.*
*Mente alacri famæ ſic perge merere columnam*
*Sic Sophiæ & Themidos te efferet ore chorus.*

Ita ex animo gratulatur
M. Joh. Chriſtoph. Zimmermannus Ratiſbon.

PFAFF-

PFAFFREUTERE *equitas!* ſed non in arundine longâ,
ſunt alii, quibus heic ritè veharis, *equi:*
Glaucus adeſt Siculâ miſſus tellure *caballus*,
hunc *equites*, hunc agita nocte dieque, tuum.
Et facis, & mordet ſpumantia frena *caballus*
contra pugnantûm fortia tela virûm,
Auriferis tandem veniet de gentibus *Aſtur*
Bartolidæ & Baldi, *magmen & agmen opum*.

*ex animô vovet*
M. Joh. Thetll/ Naumburg.

---

*NOn opus eſt multis laudem virtutis, amice,*
*Aut genii dotes, condecorare metris.*
*Nam Themidos ſtudia & Phœbi quam ſint tibi curæ,*
*Hac ſatis oſtendunt lemmata docta tua.*
*Gratulor ergò tuum cœptum, ſimul atq; laborum*
*Exantlatorum præmia digna precor.*

Johan. Chriſtophorus Puhler, Weidêna-Palat.

---

CIvica parta tibi, macte ô virtute, corona,
Actoris qui ictus excipere arte doces.
Hunc, cui dicta dies, cum ſit ſine crimine, ſicque
Ne malitas poſſit vincere, ritè caves.
Aurea parta tibi, macte ô virtute, corona,
Jctus quando omnes excipere ipſus amas.

*Gratulabundus faciebat*
Joannes Matthæus Remus. LL. Stud.

---

*NOctes atq; dies Sapientum ſcripta Virorum*
*Te volviſſe, & difficiles in jure labores*
*Exantlaſſe, nec hinc te quòd valuêre movere*
*Otia, Vina, Venus: Teſtis ſatis eſſe videtur,*
*Ingenii ſpecimen quod* Pfaffreutere *daturus*
*Conſcendis cathedram, ſubiens certamina juris.*
*Ergò Decus Themidos cœpto pede pergere perge.*
*Sic etenim Res priva & publica lapſa reſurget.*

Sympatriotæ & Contubernali ſuo
gratulabundus adpoſuit
*Johann: Baumgartner Ratisb. LL. Studioſus.*

---

DImidium facti qui cœpit habet; Tibi Momus
Objicit, at Pallas publica Præſes erat.
Excipis Aſtreæ quoque ſunt tela excipienda,
Ut Mecœnatum me favor excipiat.

*Michael Schwanthoferus Ratispon.*

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0060-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0061-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0062-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0063-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0064-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0065-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0066-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0067-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0068-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0069-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0070-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0071-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0072-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0073-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0074-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0075-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0076-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0077-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0078-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0079-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0080-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0081-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0082-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0083-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0084-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0085-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0086-0

153989

ULB Halle 3
003 260 577

R VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0087-5

I quis
phila
terijs phi
laterie di-
cuntur car
te in quibus
continen-
tur incan-
tacōnes.
Si
diui-
nacōnes
in domos
suas. sm
legem isti
ocremāt.
sed ille in
cūnis do-
mo hec fi
unt post
publica-
cōnem bo
noꝝ in ex
ilium mit
titur. ut. C.
de malefi.
nullus. ac.
On
lice-
at. ꝓpter
segetes.
nunquid
ergo hic
repbendi
tur astro-
nomianu

erus ignarus ideo tm̄ hn̄dus ē diuinus.
Quod aūt mirū si queadmodū ille corpis
humani vel pturbata uel mortificata tem
perie seu bonas seu malas futuras ꝓuidet
ualitudines. sic demōes in aeris affectōe
sibi notas nobis ignotas ꝓuidēt futuras
tēpestates. Aliqn̄ hoim etiā disposicōes
nō solū voce platas veruz etiā cogitacōe
oceptas. cū signa q̄dam ex aio exp̄miū-
tur in corpore tota facilitate ꝑdiscūt. atqȝ
hinc etiā multa futura ꝑnūciant. aliis vi-
delicet miꝛa q̄ ista disposita nō nouerunt.
Fallunt etiā illi dic fallēdi q̄ mu da volū-
tate q̄ hoim errore letantur. Sȝ ne apud
cultores suos pōdus auctoritatis amit-
tant. id agūt vt interꝑtib⁹ suis signoꝝ
qȝ suoꝝ diectorib⁹ culpa tribuat̄ qn̄ ipi
mali decepti fuerint vel mētiti. Nōnunq̄
vero ipsi maligni spūs et illusores hoim
atqȝ inuasores salutis coꝝ solēt ꝑdice-
re defectū culture sue et ydoloꝝ ruinam
quatinus ꝑscij videātur q̄d in singlis re
gnis a locis vēturuz et q̄d aduersi sue fa-
ctōni otingere possit. qd etiā illi q̄ gētiliū
historias legūt nō ignorāt. Quid ergo
mirū si iam imminēte tēploꝝ et simulacro
rum euersiōe quā ꝓphete dei sūmi tāto an
...

illa ꝓcurare facit. Vnde ...
et nouissima annūciate in ...
estis. Cultores vero ydolo...
mūione sepandi sūt. Sm̄ a...
ad corīthios. si q̄s frat̄ fo...
rus aut ydolis seruiēs cū ei...
bū sumere. Hinc etiā in ...
rij inmoris legit̄ ...
los aruspices vel in...
I quis ariolos arusp...
res obseruauerit a pbi...
vsus fuerit anathema sit. ...
ritano ocilio. ca. xxxiiij. ...
... diuinacōne
Vi diuinacōes exper...
um subsecūtur. uel in domo ...
di hoies introducunt exq̄r...
magica a expiādi cā sub reg...
iaceāt scōm gradus penitē...
Itē ex ocili. martini ꝑpe.
...
On liceat ... re nō lice...
xpianis tenē tradicō...
uare uel colere elemēta a ...
cursus. a manē signoꝝ fall...
faciēda. uel ꝓpter segetes ...
tādas uel ...

Processus ... ...
... Reuteri.

485.
25

# DODECAS THESIUM
## *De*
# EXCEPTIONIBUS,

*Quam*
DEO TRIUNO FELICITER
ANNUENTE,
*Magnificâ, Nobiliſsimâ, Ampliſsimâ & Conſultiſsimâ Facultate Juridica conſentiente,*
Patrocinante
*Viro Ampliſsimo, Conſultiſsimo & Excellentiſsimo*
**Dn. VALENTINO RIEMERO,**
J. U. D. & Anteceſſore celeberrimo, Facultatis Juridicæ p. t. Decano Spectatiſſimo, nec non Scabinatus, qui hic eſt loci, Adſeſſore graviſſimo, Præceptore, Favitore & Promotore ſuo omni honoris & obſervantiæ cultu ætatèm ſubmiſsè proſequendo ſuſpiciendo,
*Publicæ ac placidæ diſquiſitioni ſubjicit*
JOHANNES GEORGIUS PFAFFREUTERUS
Ratisbonenſis.
*In auditorio JCtorum, horis promeridianis,*
*Die 13. Martii.*

---

JENÆ,
*Literis* WEIDNERIANIS.
Anno 1633.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-616755-p0089-0